qui manet in lecto spectando lucem diej
Beati oēs qui timent dnūz qui ambulant in viis eius labores
manuuz tuarz quia manducabis beatus es & bñ tibi erit
uxor tua sicut vitis abundans in lateribus tue filij tui sicut



si albi sint canes: uisus etenim sensus plures nobis differẽtias rerum demonstrat (ut Aris. placet) Quo sequit reliquis ani mi partibus (Quæ sensus participes sunt) uisum perfectio/ rem esse: Sed de his hactenus/ qum hæc speculari in præsentia rum non oporteat:

DE SPECIE AC FORMA CANVM AD FERAS CAPTANDAS



d Icendum itaq; est de alio canum genere qui ad magna animalia fortiaq; (ut apri sunt & huiusmodi) sustinenda apti dicuntur quo usq; fortiores canes aduenerit: grauioresq; qui aprum sistant/ ipsumq; aliquãdo in cur su mordendo impediant. Quorum quidẽ duo sunt genera: unum enim strigosiorum est qui si perni/ ciores fuerint/ uelocissima etiam sectari poterunt animalia. Is enim productior longiorq; esse debet: capite colleq; oblõgo: pectore acuto: Costis inferius longis adimaq; paululum tra/ hentibus: Præcordiis lateribusq; ita amplis/ ut sine labore spi ritus attrahi a canibus possint. Spiritus enim euentatio quan/ to facilior in Canibus fiet/ Tanto ad cursum ueloctiores sũnt existimandi. Angustis compressisq; sint iliis: Ventre admodũ exili: Ne crassitate uiscerum ad cursum impediãtur. Altis Cru ribus: Brachiis tamen non adeo/ ut ad leporem capiendũ im/ pedimento esse possint. Anterioribus pedibus (ad felis simili tudinem) in rotunditatem potiusq̃ longitudinẽ tendentibus: ita ut ferrati pedum digiti currendo impleri luto nequeant. Posterioribus autem oblõgis: adeoq; ut aptiores ad corporis impulsionem/ ad cursumq; uelociores iudicari possint. Alterũ uero medium genus est. Siquidem canes illi cum leuioribus strigosioribusq; uelocissimis/ ceruos eodem modo subster/ nunt/ qum strigosiorum uim morsumq; cerui parui facere ui/

deantur. Qui quidem omnium generum canes (si pedes uenator fuerit) sinistra mãu ducẽdi sunt: Dextera uero si eques: si Tamen lancea caruerit. Quippe qum & ferarũ hominum ue cõmodius dextera manu pugna cõmittatur.

DE SPECIE AC FORMA CANVM AD FERAS RETINENDAS.

Est & aliud canum genus Tertium: qui q̃uis grauiores sint nec adeo ad uelocitateʒ apti, eorum tamen aliqui mastini uulgo nuncupantur. quos in dalmatia puto plures Inueniri. Nasci enim solent (ut mihi relatũ est) in ea parte/quam illirii incolũt: etiam liburneis: puto & In albania aliquos Inueniri ut ex Plinio percipi potest. In corsica autem plures eius sunt generis: qui ferocis animi Imprimis sunt: atq; ita ut ad quæcunq; ferarum genera inuadenda capiendaq; audaciores reputentur. Quam ob rem eligendi sunt illi q atroci uultu: ceruice capiteq; maximo sint: labro superiori super Inferius dependẽte: rubicundis oculis: apertis naribus / oreq; / ut flãmam hiatu euomere uideantur. acutis (quos habent) dentibus: Tumẽti collo: amploq; pectore ita ut leonis similitudinem præseferant. Magnis pedibus discretisq; digitis: duris ac curuis unguibus ut solo Inhærere magis possint. quo potissime feram prosternant cõculcentq;. His enim canum generibus uenatus omnes superare facilius cursu & capere uenatores poterunt.

QVOMODO ET QVIBVS TEMPORIBVS SIT VENANDVM.

Erreſtrium autem animalium ad uenatum duo ſunt genera: pugnantium quidem unū eſt: Alterum uero fugacium minorumq;. Iſtud enim canū odoratu Induſtri⁊ praecipue/ordinataue hominum ſerie inuenit: Illud aūt maiorꝫ aīaliū eſt: Quorꝫ pugnacitatē in uenatu ſaepius expimur. Quae tam & ſi canū indagatorꝫ opera/uenandium tū hoīum Arte/ Ipſorꝫ ſedes ſtationeſq; pquirēdo: q̄ maxime Inueniunt. Atq; uenatorꝫ hmōi is ordo ea neceſſitas ac deniq; natura eſſe debet ad ferarꝫ ueſtigia inſectāda: ut ante Lucanis horis ad nemora accedant/ſaltuſq; pluſtrent. & qua feras ptranſiſſe contigerit/ſolertiſſime explorēt: quo ferarꝫ manſiones certius ſciri poſſint. adducātur q; a/reliquis atq; impellātur/ut a uenatoribus capi ualeant. Erit tū ab aliis aīaduertendum/qui ferarꝫ ſedes uoluerint explorare/ut iis indumentorꝫ generibus/iis calciamentis mollibus utātur: quibus (ſi ad uenatuꝫ propius accedere contingat) feras ipſas ueſtimentorum ſtrepitus ad fugam non inducat. Si flante maxime uento/ueſtimentorum ſonitum ſenſerint. Q um inter uepres ad feras propius ſit accedendum. Quare trepidare eis contingat fugamq; arripere. Quam ob rem & agile tempe ratumq; corpus ad inceſſum/& pro explorandis perquirendiſq; feris aptas habere ueſtes uenatorem decet. Quo autem anni tempore/qua hora uenationi incumbendum ſit ſcribamus. Si quidem ſolis aeſtu ferueſcente/ad uenatus Inſectandos incedere īconſulti uenatoris eſſe putamus illico enim macilenti adeo efficerentur canes: ut ne butiro quidē refici poſſe exiſtimemus. Nam/Optimum remedium eſt/ſi ter uel quater canes mane confecti butiro reficiātur. Eqs ēt calor nimiꝰadeo nocet/ut ſi forſitā Inſequēdis uēatibꝰlōgius currēdū ſit. In febrē (quae ut plurimū eqs pnicioſa ē)ne īcidāt uerēdū eēt. Niſi quāuis plus caeteris calorem aeſtumq; ac ſitiꝫ ſufferant. Quam ob rem ſerenus & tranquillus dies uenationi aptiſſimus eſt: & hyemis maxime tempore: quum ſi prorſus uentorum cur

bine caruerit/ad aues ferasq; capiendas aptissimus esse censea/tur. At si aeris tempestas aliqua repente obuenerit: totis uiri/bus arteq; & Ingenio auium aucupibus canumq; uenatoribus adnitendum est (ut si aquarum procellæ nimbiue uenatores aggressi fuerint) qua poterunt arte & aues & canes tueantur ne Imbribus nimbisue lædi possint. Qui si litterarum studi/osi essent adolescentes pueriue saltem/ab eis facile cognosceré tur. Nam ex Ptholomei Virgiliiq; Georgicorum libris/ Pon/tani etiam nostri de rebus cœlestibus (In quibus copiosius scripta sunt: Quæ aquea Quæ frigida signa: Qui planetæ calidi urentesue: Qui humidi sint) percipi aperte potest. Sed ne pauca hæc carmina (quæ in Vrania legimus) prætermitta mus: Quemadmodum tempestates/ quemadmodum uenti pluuiæq; dignosci possint/hic inserenda putaui. Nam de lu/næ prognosticis scribens pontanus ait.

Namq; ubi prima nouos remeando colligit ignes
Fratris ab amplexu rediens: si nubila frontem
Occuluit: cornu per cœlum inuecta retuso.
Proh quantum nimbi terris pelagoq; paratur.
Quanti etiam se se uersent per inania uenti.

Et ne unico tantum lunæ signo contētus esse uideretur. Solis etiam prognostica his carminibus scripsit. At pallida quando
Aurora oceano caput exerit: torridaue inter
Nubila: Diuersis rumpit sol partibus: & nunc
Obliquos effert radios: Nunc pallidus ore
Delituit nimboso: heu rupto fœdere cœlum
In terras ruet: & fæuum per inane rotatæ
Præcipitant nimborum acies.

Quæ cognita signa si non suffecerint repenteq; tēpestas adue nerit/ Quo magis poterit fieri celerius ad tecta speluncasue (uel saltem ubi fomento ignis recreari aues possint) percurrant. Hyemis tamen tempore cibi maior est appetentia auibus: aui/dioresq; cibi sunt: eo etiam a coeundi ardore magis sunt alie/næ. Fieri enim solet/ut si maio mēse miluos accipitres uolādo

persequantur/ Siluestrium accipitrum amore ad dominuȝ nõ redeant. Nam per aera deperditum iri sæpius eos perspeximus. Veris etiam principium satis accipitrum uenationi aptum esse dicimus (Toto enim diei spatio uenari licet) Qum nec continuis Imbribus glatieue nimia/ nec caloris æstu aues lædi possint. Eo maxime tempore quo non uaporibus seges per ortum caniculæ correri uideatur. Qua (ut in urania legimus) Aegiptus totoq; calent incendia mundo. At uero qum florescere prata inceperint: aptius iudicandum est tempus: ne superueniente calore umbram uenatores petere cogant. Quí si uenari (Inclinãte ad estum uere) contingat: tribus diei primis tantum horis uenãdum esse sciant. Veris q̃uis tempus canibus aduersetur: quum & herbarum incremento florumq; canum cursus plurimum Impediri uideatur/ a/ totoq; herbaruȝ generibus/ olfatus infici canum necesse sit. Si uero autumni tempore uenatum ire contingat/ ac senescentibus herbis floribusq; simplex ferarum odor canum olfatui innotescat/ id etiam aptum esse tempus dicimus. Omnium autem aptissimum aliorum aduenandum potius hiemem esse iudicamus: dum in luto etiam ferarum aspici uestigia soleãt: in niueq; imprimis. Quo fit ut ipsarum sedes a uenatoribus perquisitæ sagacius Inueniãtur: Qum maxime post niuosum diem / serenus uenatoribus offeratur.

QVOMODO CANES SINT ALENDI ET QVI COLOR IN CANIBVS MELIOR ESSE CENSEATVR.

Nimaduertendum etiam/a/uenatoribus est (si uelociores effici canes concupiuerint) ut neq; miscendos/ qui non eiusdem uelo/citatis sint/ putent:& ut uere coeant. Eo enĩ anni tempore cuncta uidemus animalia in/uenerez proniora. Q um deformes/ nec ad currendum aptos fortasse nasci censeamus. Velocitatez enim formamq; parentum (qum illis similes nasci necessarium sit) sequerentur. Itaq; qui nec albi/ nec nigri sint: (Q um frigus caloremue ferre non facile possint/ nec magni animi esse sole/ant:eligantur. illiq; præsertim qui uulpium colore/ luporum ue aut tigrium pilis uestiti fuerint:& q̃ maxime triticei cereiue coloris. Cauendum tamen est ne domestico animalium lacte catuli nutriantur/ ouinoue: Q um si uel lupæ/ uel Ceruæ/ aut (si fieri posset) leenæ lacte nutrirentur/ aptiores aduenatus se/quẽdos Censerimus. Velociores enim animosioresq; illos fo/re canes certum est. Canum etiam nomina ut bisillaba sint studendum est: assuefaciendiq; sunt ut si feris asperi aduersiq; fuerint: hominibus tamen lenes ac mites esse consuescant. Ne latrare si cæperint/ uenationis silentium (quod lege quadã in dici solet) Interrumpatur. Horum tamen quanta in homines sit fides: Quanta reuerentia: facile auctore plinio cognosci po test. Soli namq; pro dominis pugnantes domesticam uocem agnoscunt. Solis impetus ac sæuitia ab homine cõfidente hu/mi mitigatur. Canis Interfecto domino cibum capere noluit atq; inedia consumptus est. Canem etiam in Thiberim inna/tasse cadauerq; domini substentasse effusa romanorum multi tudine ad spectandam animalis fidem Plinius commemorat. Q um igitur hæc imprimis duo animalium genera/ canum & equorum uenatorum usui conueniant/ relinquenduz non est quin de ipsorum equorum forma & docilitate paucula descri bamus.

DE FORMA EQVORVM QVI SINT POTIORES ADVENANDVM.

q Vales ăt uenatorꝝ equi esse debēt scribendū est. Sed scriberē de equis lōgius si tu frater & copiosi9 & ornatius/ q̄ a me scribi posset de eis nō scripsisses. Nā de equorꝝ natura/ denutriēdi modo/qui apti ad pugnā sint/ qūo educādi instruēdiqꝫ/quales ēt esse debeant scriptū esse a/te scimus. Verꝝ qm̄ oppiani sn̄tia est aduenātium usus equos hos necessarios esse quos īfra scribem9:hæc paucula de eis scribere cēsuimus:ut intelligi possit qui ad cursum aduenandūqꝫ apti existimenť. Perquiri itaqꝫ ac appeti debent qui longi sint Corporis musculorūqꝫ densitate nodosi: pulchrarꝝ cluniū:pectoris ampli magniqꝫ:alta habentes capita(ut si qn̄qꝫ equū cespitare contingerit/ subleuari facilius(qum domitus est)quin corruat freno possit. Ceruicē habentes arduam/collumqꝫ ad anteriorē partē declinās rotundū quidem ac qua ceruici Iungitur arduū:argutas aures ac breues: latā frontem:oculos flāineos ac rotundos. Densi eorꝝ sint crines: Aptī ītimiū nares:ut reflare cōmodius possint. Largissimo sint ore, longoqꝫ:ne freno inobedientes esse iudicentur. Quippe uenātoribus studendū est ne laxis equi habenis (si currere equites oporteat) in abrupta p̄cipites ab equo trahantur. Scapulæ anteriorqꝫ equi pars nō carnis obesitate abūdēt: ne facilior equ9 ad cespitandum sit. Latis inflexisqꝫ lateribus:ut aptior ad tuētationē esse censeatur. firmis cruribus/altis rectisqꝫ/ ita ut iunćturarum ligamenta Compacta plurimum esse uideanť. Tibiis tn̄ ita macilentis carneqꝫ destitutis/ut uelocium ceruoruꝫ similitudinem p̄seferant. Duris unguibus & altis concauisqꝫ: ut si per saxa currendum sit equorum palmæ minime lædi possint. Tales igitur appetendi sunt equi:tales (si facultas da

bitur) eligẽdi. Tirreni sunt/armenii/achehi/Imprimisq; capa
doces/qui & aduenationem & ad pugnam aptissimi iudican/
tur. Hi enim quo magis senium attingunt/eo ad cursum sunt
uelociores. Fugiendæ tamen sunt/a/uenatoribus equæ: qum
si inter uenantium turmas equitum (qui equis maribus insi/
dei[illegible]) adsint fœminæ: hiniant equi necesse sit. Quo fieri pote
rit feras q̃ uelocissime fugere: Nec etiã pedũ teneritate equas
longius currere posse existimatur.

DE·EQVORVM DOCILITATE AC NATVRA

Vanta autem equorum sit docilitas: Quan
tum ad amorem hominum natura impel/
q lantur: cognosci experimẽto potest. Q uip
pe auctor est Plinius/ sibaritani exercitus eq
tatum ad simphoniæ cantum saltatione qua
dam moueri solitum. præsagire pugnam:
amissos lugere dominos: lachrymas desiderio dominorum
interdum fũdere equos solere/ ut exemplis plurimis compro/
batum est. tantumq; eorum est ingenium ut etiam tela humi
collecta equiti quandoq; porrigant. Et ad oppiani sententias
(qui maximis equi naturam extollit laudibus) hæc etiaȝ adii
cienda putamus: q̃ tubarum clangorem bellatores equi ita in
telligunt/ ut loco stare quandoq; nesciant. Ac si quando retra/
ctari initiue certamen debeat agnoscunt. Q ui fuerit Alexan/
dri equus βöΰκεφᾰλöö ex grecorũ scriptis intelligi potest:
Nam contra hostes acerrime pugnans/ sæpius nomen Inter
græcos maximum est assecutus. Sunt & aliæ græcoꝝ de equis
fabulæ: quibus facile cognoscitur quantum equoruȝ gloriæ
a græcis tributum sit. Aliqui & enim adeo adcurrẽdũ leues/a/
quibusdã habiti sunt/ ut & supra spicas/ supra & mare cucurris
se dixerint. De pegaso equo nõ scribimus qum a poetis maxi
mis scriptum abunde sit. At qum mirum quoddam de equo/
rum obseruantia/ & (ut ita dicam) religione ab oppiano reci/
tetur/ prætermittẽdum fore (Quin latinis etiam mandaret lit
teris) nõ censui. Equarum cuiusdam regis armentum/ morbo

quodam consumptum prorsus fuisse asseuerat: una tantum equa relicta eiusq; pullo: quem postq̃ ueneri aptum esse armentarius existimauit/ ne eiusdem omnino generis equis priuatus esse uideretur/ matri pullum pro admissario destinauit. Quibus quidem coire renuentibus: fraudem etiam armentarius commentus est. Aliis enim equinis pellibus / redolenti perfusis oleo/ ut ambo uestirentur procurauit: Quippe q̃um odorum redolentiam ueneri pręcipuam esse existimauerat: secutoq; demum coitu ac externis denudati pellibus: fraudę armentarii cognita: Ita se deliquisse existimauerunt equi: Tali affecti mœrore sunt: ut toruis se se prius oculis ad inuicem aspicientes: matris agnita a/ filio uiolatione: lachrimabili utrorumq; hinnitu: allidentes saxo capita corruentes interfecti iacuere. Sunt & equorum alii (quos terra nutrit) uelocissimi. Ex his quidę lilybæi sunt: siculi/ illiq; præsertim qui in ethneo monte pascuntur aluntur q;. Sunt & armenii qui in euphratis ripa fluminis degunt. Sunt & procentiori Iuba parthi qui ad cursum siculis sunt aptiores. Sunt & hiberi qui parthos cursu superant. Saltuq; ita ut dici uere possit uolantem per aera aquilam auesq; cæteras præferre. Nam fauonio flante uento in regione illa impraegnari equas partumq; pernicissimum fieri Plinius auctor est. Quamuis uires animi/ corporis pernicitati non respondeant/ quando longo currendi spatio labore uincantur. Sunt & numidæ cartaginensesq; imprimis qui ad labores ferendos censentur aptissimi. Sunt his animosiores (qum soli leonis rugitum magis expectent) mauri. Sed quoniam uariis ferarum generibus/ uaria ut equorum genera respondeant consentaneum est: eos igitur qui ad id aptiores Iudicandi sint describamus. Quorum pedes aliquorum pilorum generibus distincti sunt / Ita ut si nigripilum fuerit reliquum equi corpus æneumue aut flauum/ extrema crurum parte (sinistra maxime) alba: ad insectãdos ceruos idonei dicũtur. Siqui nigros oculos habuerint/ ursos. Quib9 rubicũdi fuerit oculi/ pardos persequi debent. Quibus aũt oculi pul/

chri magniq; fuerint/pro leonibus feriendis aptissimi iudica di sunt. Niceos uero (quos pulchritudine equos cæteros excellere oppianus scripsit) non ad uenationem tantum aptos dicimus: uerum etiam incliti reges (si maxime aurei coloris pili fuerint/ breuioris capitis/ protensioriq; iuba super collum extensa) equitare consuescunt. Sunt & alii (quos oppianus origas uocat) qui & ad pugnam apti sunt & inuenerê proni. Sed quoniam de equorum generibus a te scriptum copiosius est: hactenus & a me scribendum esse arbitror. Illud enim parcius repetere non uidetur. Quam ob rem poterunt siqui equoruz studiosiores fuerint/ opus tuũ perlegere: quo intelligent quicquid de equis intelligi amplissime poterit.

DE QVIBVSDAM CANVM MORBIS REMEDIISQVE/

Ccidunt itaq; canibus morbi quidam quibus remedia adhibenda putamus: ut si scabie pruritu lepraue affecti fuerint/ maiores crurum uenæ ad exteriorem partem descendentes (unde mitti sanguis possit) aperiendæ sunt. Aqua deinde marina/ uel cum sale inmixta uel in aqua (in qua lupini cocti sint) canes lauentur. Extenuatur etiam scabies trito allio defricto. Canum uulneribus (si uermes inhęserint) citrinum sticados ad canis collum suspendito. Quo quidem exiccato/ mori uermes uenatorũ experimento comprobatum est. Si autem canum uulnera intumuerint/ butiro inungito. Ipso enim tumores depelli creduntur si maxime lingere uulnera consuescant: quod perutile canibus est: senationibus præsertim tritis cum assungia uel hyrcino seuo appositis. Solent & spinis etiam plurimum canes lædi qs hirundinũ puluere (si i olla torreant) sæpiꝰ extractas esse cõperimꝰ. At uero si macilẽti nimiũ fuerit nec butiro q̃ter exhibito reficiantur/ Sub lingua inesse uermes censeo. quibus si acu extractis minime refici uideantur/ mortem incursuros fore canes necesse est. Solent & canum aures muscis Exulcerari adeo

ut totas quandoq; amittant. Q d ne fiat, amaris nucibus contritis liniendæ sunt. Pulicibus infestari etiam Canes contigit, eis tamen remedia sunt, si fumatur cuminum tritum pari pondere cum ueratro, ex aqua mixtum atq; inlitū. seu cucumeris anguinei succus. Amurca etiā ueteri per corpus infusa expelli canum pulices auctor est columella. Accidit quandoq; et rabies canibus: cui q̄uis fimo gallinaceo cibis canum immixto mederi putetur, Cauendum tamen est si eorum quis rabiosus effici contingat, ne a cæteris non seperetur. Q um & huiuscæ ægritudinis medicamenta fallacia reperiantur, &, a rabioso cane morsos cæteros effici rabiosos sæpius perspexerimus. Qua ægritudine nullos euadere Canes compertum est: Hominem uero rarius. Venatorum tamen aliquem si a rabioso cane morderi contingat: siluestris rosæ radix præsentaneum remedium crittallio præsertim uulneri imposito.

DE Q VIBVSDAM EQ VORVM MORBIS SANANDIS REMEDIA.

Ccidunt etiam equis quædam (quibus nisi uenator prouideat) uenationis usus aliquā do ne Impediretur uerendum esset. Quam ob rem de his tantum quæ casu euenire uenando possunt, etiam scribendum est. Naz ut diximus In tuo de equestri opere copiosius quæ ad equos pertinent contineri scimus. At quoniam a feris uulnerari quandoq; equos contingit, quo fieri solet ut Incisa equi uena manet adeo sanguis q̄ nisi citius prouideatur stare sanguis nequeat: A uenatore etiam quæ fieri debeant, ne sanguis omnino profluat, neue plus iusto equus exaniatur, paucis complectemur. Igitur equinum stercus fluenti uenæ admotū, fasceis alligetur: uel combustū filtrum urticæ succo

madidum uenæq; impositum/optimũ remediũ est. Ne tñ lu/nari lumine uulneratus equus offendat/caueto. Mortẽ enim sæpius incurri ab equo lunaribus radiis offenso experimento cõprobatũ ẽ. Mederi deide uulneri debet liqda pice ex oleoq;: Q um & expurgari his & repleri uulnera soleãt. Si ãt muscis infestaret uulnus/pice oleoue ac unguine eas submoueri co/lumella refert.

DE CAPTVRA FERARVM ATROCIVM.

f

Eras bestias aialiaq; ad uenandum apta q/busdã i locis asperis inuẽiri certũ est. Quæ equoq; cursu uinci superariq;/nec iaculis pe ti nec canum ferocia capi possunt. Q ua de re quo uenationis genere uti uenator debe/at scribere oportet. ne astu uel uiribus feræ euadãt. Nã uepribus uirgultisq; uel alicuius loci natura ĩpediri canes ad currendũ equosq; uidemus. Q uз & pedũ pernicitati aliquæ/quædã uero ex institutione naturæ caliditati/qdã etiã uiribus cõfidunt. quæ qdẽ oia hoium Ingeniis superari posse quærendũ est. Retibus itaq; uel laqueis(quibus fugaces feræ illaqueari queant)(ut capi facilius interficiue possint)uti ue/nator debet: obseruato prius uentoruз flatu præcipuæ; atq; ita ut nec feraq; auribus hominũ uoces (qũ retia explicant) nec uestigia sentiri ab ipsis possint. Neq;.n. aliter uentorum flatus impetusue a uenatore cõsiderandus est q̃/a/puppiũ Guberna/torib9 nauiũ cõsiderari solet. q si uentos negligere cõsueuerit/submergi sæpius naues necesse est. Sic ẽt retro feras cessisse p/speximus nulla uentoruз rõne habita: & nec hoium uocibus impetuq; nec Impulsu cõtineri(ne retro fugiant)possũt. Quã ob rem si auster flauerit(ubi residere feras cõtigerit/aquilonẽ uersus retia ponẽda sunt. Currendũ.n. esse a feris (si flauerit eurus)Zephyrum uersus: si aquilo/austrũ comperimus:

DE CAPTVRA LEONVM:

Vnt & alia ferarum genera atrociora imaginoraque nec ita retibus feras illaqueandas fore illas censemus: Quarum ingressus ad nemora egressusque a uenatoribus (& quo transeant) inquiri studiosius debet. Harum quidem natura esse solet ut ad pascua (ubi semel accesserint) reuertantur. Quo facile cognito/ subterranei faciendi sunt cuniculi/ fossaeue leuibus uiminibus contextae coopertaeque frondibus: ut fallente uestigio (qua fera transiuerit) intus cadere eam necesse sit: unde discedere nequaquam possit. Quod ut melius assequi uenator queat/ in fossae medio lignea columna ab imo preacuta (ut terrae figi comodius possit) dimensa ad altitudinem fossae apponenda est. cuius supra frontem agnus pro esca imponatur: Quem postquam leo lupusue/ uel senserit/ uel olfecerit/ ut escam capiat aggreditur: Cadentemque uenator feram aspiciens capit interficitque. Hoc enim uenandi ordine: in libia uti uenatores solere oppianus refert. At uero qui fluminis ripam euphratis incolunt/ alio uenandi genere in leones uti consuescunt: Nam paratis equis (quos supra diximus solos leonum fremitum impetumque expectare) qui cum caeterorum arctus equorum tremere (si leonem senserint) soleant/ ipsiusque aciem oculorum ferre (ut dictum est) nequeant: ad ipsarum ferarum uenatum equites accinguntur: uenatoresque pedites expansis retibus (quorum extrema ad lunae modum in ortu quarto cornutae parari debent) tres in Insidiis collocant: extremas retium partes duo/ Tertius uero Ipsarum medium tenens obseruansque: ac eo distantes Interuallo/ ut eorum audiri uoces a singulis eorum possint. peditum autem reliqui accensis facibus populneis uitigineisue (quas pice illitas dextera tenent sinistra uero scutum gerunt) in leones Insiliunt/ Natura enim ignis splendorem fixius intueri leones nequeunt/ clamore ad coelum orto/ quatientes scuta/ equitibusque simul turmatim insequentibus/ leonem moueri retiaque petere cogunt. Nec aliter quam piscis a piscatore per ignis in aqua reflexum lumen ad retium sinum ferarum rex ducitur. Est & alius (quo ethiopes uti solent) leonem uincendi modus. qui quidem ut fortibus uiris dignior: ita & mirabilior reputandus est. Nam ethiopes (qui

plurimũ uiribus cõfidunt)rotundis scutis fortiter contextis/ bouinisq; pellibus coopertis ut nec leonũ unguibus nec truculentis dẽtibus cõquassari scuta possint; uestiti pellib9: armato capite:ita ut nisi oculi/labia & nares aspici possint leonẽ audacissime aggrediunť. Quo ante speluncã rugiente:aptoq; ore: igneis oculis fulmineisq;:ethiopes cõtra/uelut turbo mouetť: humana uesci carne auidius appetẽs. Impterritiq; ethiopes leonis ferociã uimq; expectãt:quoꝝ siquẽ inermẽ inuenerit (acutis unguibus ferreisq; lacerat. Si ãt uenatoꝝ aliũ exclamantez audiuerit/priore dimisso/pturbat aliũ. Sicq; alternatim clamãtes pugnãtesq; leonis laborẽ cassum ostendũt:qum nec unguibus scuta denteue discerpi ullo mõ possint. Vt.n.si in pugna miles ab hostiũ multitudine circũsessus nũc huc nũc illuc pugnare nõ desinit/Tandẽq; labore uictus/plurib9 illatis acceptisq; uulneribus/humi deiectus/ab hostiuz agmine deuincitť: Sic leo labore defessus multorũq; lanceis cõfossus, occiditur. Quam ob rem & animi uires hominũ & corporis admirãdæ adeo sunt ut facile cognosci possit/nihil/tã ferox arduum/forte/magnumq;(quin ab homine superetur)Inueniri.

DE CAPTVRA PARDORVM ET QVOT MODIS CAPIANTVR:

Pardos ẽt hominũ ingenio capi compertuz est. Siquidez ut supradiximus subterraneis coopertis foueis uti ẽt leones uenatoꝝ fraude decepti ad uorãdũ agnũ columnæ Imposi/tũ alligatũq; accedẽtes decipiunť:ita & pardi latratũ qum senserint catuli (pudẽdis.n. fortius alligatis dolore affecti latrare nõ desinũt)eodem quo leones mõ cadentes in foueã capiunť. Venatoris tñ cuiusdam inuẽtu & alio capi pardos mõ legimus. In siticulosæ.n.libiæ. partibus fons oritur/e/quo nigra scaturit aqua:ibiq; scaturiẽs.

desinere harenaq; absorberi credit᷑.quo qum pardi accesserint saturari aq̃ solent. Et qũ id uẽator aspexerit ad fontẽ ãte lucẽs horis accedẽs/uino aquę illi ĩmixto/a/fonte secedit.pellibusq; uestitus(qum ne qdẽ arborũ frõdibus occultari possit) ĩ insi diis tegit᷑.infestatusq; Tãdẽ siti pardus ad fontẽ rediẽs/ea ĩe/ briat᷑ potione q̃ & grauari & alienari ẽt quosdã uidim9. Quo fit ut sine dimicatiõe aliq̃ capi pardos hoĩesq; efferari q̃nq; ne/ cesse sit.

DE CAPTVRA VRSORVM.

Rmeniã aũt qui incolunt ursorũ uenatum inuenere.In siluis.n.(ubi ursos ĩsidere cõp tum est)uẽatores accedũt cãib9 loro ductis. Qui ursorũ uestigia odore pscrutãtes qum ad ipsorũ cubilia stationesq; appropinq̃rit/ latratu ferã indicãt.Quos loris uẽator deti/ nẽs rediẽsq; quo ursus residẽat uẽatoribus reliq̃s aperit. Quã ob rem flãtis uenti rõne habita lociq;(ut q̃ urso trãseundũ sit retibus ĩpediat᷑)retia expãdũt:duobus tm̃ relictis uiris q ad retiũ extrema stãtes ad retia ferã impellãt/ne euadere ullo mõ possit extẽso prius fune/quo expãsa tenent᷑ retia/nec qdẽ nisi ad hoĩs umbilicũ alte ꝑtẽsa. Cornu ãt dextero retiũ sinistroq; funes extendũtur alii:q uulturũ/cĩconiarũ similiumue auiũm pẽnis ĩpendẽtibus ĩuoluti esse terrori urso possint. Q uib9 sic pactis dispositisq; pari iteruallo nec lõgo tñ (ut alter alteri au xilio eẽ possit)p retia reliq̃s:retro uenatorũ cornua canunt tu beq;: Clamat᷑ ab oĩbus motã ferã.illaq; huc atq; illuc(q̃ ꝑgre di debeat)pspiciẽte/qum uenatorũ uocibus/ latratu canũ ĩpe/ tuq;/dispositi sic funis miraculo/reiq; nouitate pterritus ursus uideat᷑/retia uersus iter dirigit trepidans:Lineisq; capi insidiis necesse est.Quod quidẽ ut certius asseq uenatores queant(si uiuũ maxime ursum capere cõcupiuerint)binis retibus dupla tisq;(ut si primis inhæserit ne manu dẽtibusue dissoluat᷑)aliis ẽt secũdis inuoluendũ illico fore uẽatores adnitunt᷑. Viribus

quippe suis plurimũ cõfidẽs ursus/ nõ hoiem solũ/ uerũ ẽt feros inuadit taurũq; apto marte aggredit̃. Nã consirta pugna cõsternit se resupinũ Dum Taurus ferire cõatur. suisq; brachiis ursus amplectẽs cornua: ore morsum harmis defigit, psternitq; aduersariũ. Ingredi q̃uis ẽt uel duobus initens pedibus erectus soleat ut comodius pugnare possit. Audiuimus ẽt nuper a Sigismũdi poloniæ regis legato In sarmatis quodã uenã di genere ad ursos uiuos capiẽdos uẽatores uti. Nã tribus aut q̃tuor hoiũm milibus nẽmus (ubi ursos residere cõpertũ est) circũdatur: adeoq; ut nõ amplius spatii nisi hois cubitus inter sese distet. Quo pacto/a/ uẽatorũ magistris eodẽ tẽporis momẽto Vbi cornua tubæq; cecinere/ arboribus ac lignis eodẽ impetu statim securibus incisis atq; ita dispositis raptimq; cõtextis ut quasi murus eleuatus circũ esse uideat̃/ uenatores reliq qui furcas quasdã manibus detinẽt (dum ursis appropinquarint inuẽtis) Alii caput/ Alii brachia/ Alii pedes ursi furcillis ipsis impediũt. atq; adeo ut ligari/ Os/ manus/ ursusq; totus tutissime possit/ quez ad regẽ ut canibus armisq; hoies interficiant) ligatũ deferũt uel si deferre nequiuerint/ trahũt. Sed imprimis cõsiderandũ est q si uẽator parũ cõfidere uiribus poterit/ facile iudicatu est ursum nequaquam ab hoĩe uinci posse.

DE LEPORVM/ VVLPIVM/ CAPREARVM/ AC CERVORVM VENATV:

Estat nunc de timidorũ aĩalium astutorũq; uenatione scribere: quæ tam & si uenatoruz arte capi haud dubie possunt/ strigosioruz tñ: uiribus canũ/ currendiq; pernicitate delectabilius capiunt̃. Neq;.n. scorpionib9 tm (qui nũc balistæ uulgo nũcupãtur) subterraneisue foueis reticulisue aut aliis uẽationũ Instrumẽtis (ut superius dictũ est) uerũ etiam p̃cipue canibus (qui cursu feras

uincere conātur)interfici eas posse comperitur. Qua propter ut uenationum usui respōdere uenatores possint/quo magis fieri potest/soli ab eis planicies petenda est:quæ si siluis nemoribusq; uicinior sit/ipsorum arte ingenioq; currendi cōmoditas & equis præstabitur canibusq;. Nā quanto planior uirgultisq; nudior locus erit/tanto uenatoribus delectabilior offeretur. Quorum quidem studium esse debet/ut si lepores persequantur/nec adeo strigosioribus confidendum canibus putauerint/in collis decliuum fugere leporem cogant: Quş si colles uersus fugere leporem contingat(colles enim naturæ instititutione petere lepus solet)difficilius capietur. Nam breuibus anterioribus tibiis/posterioribusq; oblongis cruribus/ascendere semper lepores currendo adnituntur:qum si decliues ferantur/impediri eorum cursus lōgitudine crurium uideretur. Animaduertendum tamen est si in uulpes canes cucurrerint/ut uentus a uenatoribus inspiciatur:qum uento quasi impelli ad cursum uulpes uideantur. Quo fiet ut nec calliditate astuue nec pernicitate euadere a canum morsibus(quin capiant) possint discerpanturq;. si uero capreæ ceruiq; fuerint(ut experimento sæpius comprobatum est qum quasi flantem uentuş petere currendo soleant ut refrigerari spiritus cursu laborātes uento possint)ad uenti flatum canes collocandi sunt. Attrahi enim ita/a/uento cerui solent capreæq; ut nolentibꝰ quandoq; uenatoribus/illa fugam arripere adnitantur. At uero quæ de ceruis ab oppiano fabulose scripta sunt/relinquimus. Q um maxime ab iis(qui de animaliū natura longius scripsere)scriptum esse credamus. Illud autem qđ mirum ualde uideri omnibus debet quin referam non censui. Legimus ceruorum uitam longiorē esse: (τετράκορ-ώνου) enim eos appellat)quos (iuxta illud Virgilii Et quater egreditur cornicis tēpora ceruus)tot annis uiuere dicunt. Si uero græciam(ut aiunt)mendacem esse non putamus/dupplicem uitam ceruos agere/In mari unam/In terris alteram/narrat. migrantibusq; p æquora ceruis/qum primum nare inceperint; ordinata eorū serie sin/

gillatim/secantibus undis eorumq; capitibus super aliorũ clunes Impositis (ne grauitate cornuũ submergi eos necesse sit) omnes progrediuntur. Ductoreq; tandem defesso/ultimi clunibus caput ipse super imponit: relicto altero qui gregem ducat, donec lassitudine nandi eodem modo alternatim uagãtes per æquora terram petant. Vento autẽ an aquis pisscibusue uiuant nequaq̃ legimus. Eorum tamen cum serpentibus ex instititutione naturæ pugnam inesse hoc potissimum exemplo comprobatur. Nam inuestigantes serpentum cauernas cerui/narium spiritu/renitentes/etiam eos extrahunt. adeoq; natura ipsa inuicem contrarii sunt/aduersanturq;/ut fumo cornu cerui fugari serpentes uideamus. Inueniuntur autem In libiæ regionibus cerui/quos super arenam incubantes serpentũ multitudo aggreditur: illosq; morsos ueneni ui (Infixi etenim cerorum corporibus pendent) etiam fugere eos non posse scribit. Serpentes tamen nunc ore/nũc unguibus dissecant. Qui uulnerum uenenosorum multitudine/fluentibus uenis iam mori credentes/petito fluuio (quo fieri potest celerius) cãcris uescuntur. Veneni etenim præsentaneum id esse remediũ constat. Quibus ex causis longiorem potius esse ceruorum uitaz putamus. Serpentum etenim uti sæpius cibo hominum etiaz uitam renouari fama est.

F I N I S



DE AVCVPIO QVOD FIT PER ACCIPITRES.

P Ossent & multa de animalium pugnis de/scribi:quæ in oppiano legere siqs uolet scripta reperiet. Naturâ enim fit: ut quẽadmo/dum amore(ut ita dicam)se se inuicem prosequũtur inrationalia q̃uis sint/ita etiã alia aliis inimica sunt. Experimẽto uidemus olores aquilis(ut Plinius ait)coruos miluis/& pleraq; auium genera aliis quibusdã aduersari.esseq; aiantibus q̃uis inrõnali/bus bella amicitiasq;:ut quædã etiam quibusdam auxiliari uideantur/Quædam uero adeo dissideant/ut nec pugnæ finis ante mortẽ sit. Rursus Amici nõnulli ut turtures sunt et psitaci/pauones & Columbi/ Et pleraq; alia quæ plinius scripsit cõtra uulpiũ omne genus cõmunibus inimicitiis utũtur. Sed qum ea ad rem nõ pertineant ꝑtermittimus. Et pauca tñ quæ ĩ qbusdã libris iuẽimus de uẽatione accipitꝶ(quos ut diximꝰ falcones uulgo nũcupamus)scribẽda arbitramur. Porro promiserat oppianus de aerea uenatione scribere. Nec tñ illud scriptũ inuenimus(fragmentatũ.n.mihi opus oblatũ est) quare addendũ id esse censui, ne ꝑtermissuʒ ullo pacto a me de aerea nõ scripsisse uenatione uideat᷑. Igitur accipitꝶ plura esse genera Plinius cõmemorat. Alii namq; nõ nisi ex terra rapiũt auẽ: Alii nõ nisi circa arbores uolanteʒ: Aliq in sublimi sedentem/ Aliqui uolantem in aperto. Hoꝶ itaq; naturã accipitruʒ describendam censui. quos partĩ ex auctoꝶ scriptis/ partim uero experimẽto sæpius cõprobatũ esse comperimus. At qm̃ adeo la/tinitati studere nõ possumus ut singillatim accipitrũ noĩa denominari latinius a me queant: qum accipitrũ generali uoca/bulo si uteremur: ipsoruʒ(qui scribendi sunt)genera intelligi

Excusatio haud quaquam possent/uulgaria imponenda sunt nomina/ ne eorum species ignoretur. Parcendum itaq; a latinitate nobis erit si uulgaribus uocabulis utimur. id enim(ut/a/legentibus apertius intelligi possimus)fieri necesse est. Inueniuntur Itaq; accipitrum sex genera/(qum de accipitribus aliis scribendum esse non curemus)quorum reliqui hierifalcones Alii sacri (quos in britania ut plurimum nasci legimus):Alii peregri/ ni:Alii nobiles gentilesue uulgo/Alii mediani(ut quidam di cunt)nuncupantur. Nam inter peregrinos gentilesue medi/ um genus esse dicitur; Alios uero uillanos barbare appella/ mus. Horum omnium præcipuum genus est fœmineum:for maq; ac magnitudine corporum maribus sunt maiores: ad ue natusq; capiendos ita natura fortiores/ut aues substinere un/ guibus commodius possint. Quæ quidem natura sunt ita le/ nes ac mites/ita ad parendum hominum uocibus promptæ/ ut aereæ libertatis quasi oblitæ uideantur. Calidiores tamen sunt mares formaq; minores:nec audaces adeo:q̃uis naturale maribus sit/ad omnia audenda promptiores ab omnibus exi stimari. Hi omnes uenatorum uocibus altis prolixioribusq; (ut ab acuto In grauius procedant) longius assuefaciendi sunt/ ad eosq; redire (qum uenatores uoluerint) uel fame uel consuetudine cogantur.

DE ACCIPITRIBVS QVI VVLGO HIERIFALCONES NOMINANTVR:

d EHierifalconibus itaq; scribere aliquid in cipiamus. quos ideo dupplici uocabulo falcones nominari credimus (Qum Hieri græce falco latine interprætetur) eo q̃ forma maiores aliis falconum generibus eos esse uidemus. Qui ut rarius inueniuntur/ ita etiam pulchriores accipitribus cæteris dicendi sunt. Nam etiam (præter corporis formam) eo stādi modo erecti permanent/ eaq; membrorum compositione Ita hominum oculos delectant/ ut quandam aucupandi Mistatē præseferant. Vltima germaniæ pars ad septemtrionem uergens (quæ nouergia nuncupatur) eorum patria est. Hidificant etiam In insula quam hirlandiam uulgo nominant. adeoq; præ cæteris fugidissima est regio/ ut aliorum Ibi gener accipitres non inueniantur. Infertilissima quidem altissimisq; montibus & saxis plurimis geluq; nimio ac frigore inhabitabilis. Quam ob rem nullius Ibi frumenti genus reperiri contingit: nec nisi siccis frigore piscibus homines uiuunt. Insulæ latus unū ad orientem spectans (quod mari abluitur) tantummodo habitabile est. Alia quæ ad occidentem septemtrionem & meridiem spectant Inuia frigoribusq; nimiis inhabitata. Nouembri mense decembriq; (postq̃ ad illius cœli medium sol ascenderit) duabus tantum horis sol totus occidit. Sed Iunio & quintili mense dies ibi continuis. Nec mirum q̃ frigidissima præ cæteris illa sit regio: Qum solares ibi radii semper oblique feriant. Solq; illa incedens supra eorum caput circumferatur: nec solis umq̃ rectis radiis insula feriatur. Mercatores (qui insulam adeunt) frumenti farinæue parum/ ac uilissimas ibi merces importanc: quæ siccis piscibus commutari dicuntur. Hi quidem hieri falcones accipitres ad Maximilianum germanorum Imperatorem deferunt. Quorum pennæ

magis albæ formaq; maiores cæteris sunt. Nam ii qui/e/nor/uegia transportantur non albi sunt nec adeo magni/ q̃uis illos meliores putemus. In iis tamen duabus solum mundi partibus Hierifalcones nidificare compertum est. Q ua/e/re natura ducuntur adeo frigidos eorum esse motus pigrosq;/ ut uenatorum & ingenio & arte altissimos auium uolatus per sequi soleant. Q uod quidem uolandi in dies assuetudine exercitioq;/ uenatorum etiam opera assequi magis magisq; potest. Sed Quoniam primum omnium satis constat ex pen/narum coloribus accipitrum cognosci animum facile posse/ fuluũ ac lucidum auroq; similem dicimus cæteris esse præfe/rendum. Nam animo audacem / facilem/mitem/placidamq; eorum naturam (qui sic pennati sunt) experimento uena/tores accipitrem cognouere. Illum deinde qui ad albedi/nem tendit (fortem enim robustumq; propterea accipi/trem Iudicant) post alium meliorem dicunt. Rubri item coloris accipitrum pennæ si fuerint/ superbum / audacem/ iracundum / discolum / atq; difficilem eum Iudicant. Ac si ad flauum rubedo declinet / placidum / magniq; animi ac/cipitrem / fore existimant. Si uero ad nigredinem quo/quomodo tendant pennæ / Inmitem / pertinacem (robu/stum tamen) experiuntur. Nigros autem (& eos maxime qui fuliginei sunt) deteriores dicere. Et licet Accipitrum natura habitudoq; ex pennarum colore potissime Iudicetur: Nec aliter q̃ ea quæ aliorum accidentium mediis cogno/scuntur: Non tamen eiusmodi hoc est / ut ex cœlestium quandoq; corporum Influxu in aliis accipitrum generibus fieri aliter non possit. Sed animaduertendum est / eo perfe/ctiorem pennarum colorem esse reputandum / quo uiua/ciorem lucidioremq; ipsum iudicamus. atq; ita clarissi/mum / ut ambiguitas a uenatorum sensibus omnis peni/tus remoueri uideatur. Nam si uariis aspicientium iudiciis

color uarius Iudicetur / In dubiumq; color pennarum ue/nerit / Accipitris imperfectionem futuram facile dicimus. Sed quoniam pennarum colore accipitris habitudinem animiq; uires & naturam dignosci posse q̃ maxime diximus / Corporis uero forma magnitudineue / uolatum auium le/uem earumq; uires: pennarum Imprimis color Intuendus est plurisq; extimandus. Nam quanto animi uires corporis uiri/bus præstant / tanto pennarum colorem accipitris formæ præferendum esse censemus. Argumento est illud quod in agronibus conspicitur. Quippe qum accipitres aliqui ipsos persequuntur / Naturæ instinctu fit / ut si accipitrem cogno/uerint deliberata animi uoluntate agrones occidere decreuis/se (q̃uis adniti etiam ad fugam possent) eo tamen modo ui/lescunt / atq; ita uolandi uiribus deficiunt / ut iu aquam se in/mergere omni conatu agrones studeant. Sed ad Hierifalco/nes redeamus: sint rostro adunco eo tamen nō nimis magno. Qum prætermittendum non sit / quin dicamus accipitrum omnium rostra non nimis magna esse debere. Nam si ad ipso rum corporum formam inconuenientia sint / coniectari potest ex abundantia humorum nimia / Nec quidem necessaria / & rostra generari & ungues crescere. ut In hominibus conspici/tur. Qua / e / re non adeo leues Iudicandi accipitres erunt / si hu/iusmodi existerent ut nimia humiditate abundare existimarē/tur. unguibus fortioribus sint / posterioribus maxime / planis cruribus nodosisq; nec longis / Cauda ad sui corporis formam decenti. Alarum uero summitates ita sint fortes ut facile Iudi/cari ex iis possit Inuolatu ualde posse persistere. Vidimus tem pestate nostra peregrinos sacrosq; accipitres adnitentes / agro/nes uolando persequi: illosq; (relictis tandem agronibus) uenatorum uocibus altis ad eos rediisse. emissumq; tandem / e / uenatoris manu Hierifalconem ita citatissimo uolatu uagantem per aera in girum crebriori alarum percussione per/

spreximus (ut filo in sublimi tractum censeres) derelictum ab aliis ad sidera agronem uicisse cepisseq;. Assuefaciendi tamen sunt ac paulatim hierifalcones instruendi ut si uolatu cæteris præualent/auium diebus singulis saginentur sanguine. Nam Interficiendi aues consuetudine animosiores efficiuntur.assequenturq; id si paruas etiam Iugulare aues consueuerint:Qum si postea magnis offecerint eas uolatu uincere ac audacius capere ualeant.Est enim eis consuetudo Naturaq; ducuntur ut dedignari soleant non magnas aues persequi. Quare cum quia delicatissimi sunt/Tum etiam quia quo magis naturam imitari accipitrum uenatores consueuerunt/ eo saniores predæq; auidiores accipitres efficiuntur/ uiuis auibus leuibusq; nutriendi sunt. Quippequi (Natura) uitalem calorem custodire student. Qum per similia species conseruari probetur.Namq; Cibari (Siluestres qum sunt)auium cordibus cordiue propinquis captarum auium carnibus solent. Hec nisi semel tantum: Qum uesci eisdem altero die nequaq̃ compertum sit. Dandi itaq; præcipue calidi sunt accipitribus Cibi: uiuisq; auibus uescendi: eo præsertim tempore quo pennas mutant. Quippe arte iuuari debere naturam legimus. Auium etenim pennas per ætates mutari Theodoro Interprete/Aristoteles auctor est. Ac quotiens acriora frigora urgent uolucrum pennas unicolores esse/postea uero/e/nigris nigriusculisue albiores singulis annis fieri solidioresq; ac firmiores uidemus. Calore autem fit ut apertis inuisibilibus foranimibus/accipitrum pennæ mutentur. Qui ne frigescant (ut Ipsorum pennæ firmiores pulchrioresq; adueniant) Calidis nutriendi sunt Cibis.Studendum tñ Imprimis erit/ut ubi accipitres pennis ueteribus spoliãdi sunt/a/uento (ubi residere eos cõtingerit)

remotissimus sit locus. Nam frigore uentoue nimio forami/na inuisibilia claudi solent:/e/quibus pennulæ Iuniores adueniunt. Nec etiam Terrentium rerum strepitus accipitres sentiant/quo pennarum exitus retardetur. Solet enim fieri naturã sæpius ex aliquibus animi affectibus (quæ Inopinate eueni/unt)Impediri. Sed ne alia quædam quæ ad horum cibationẽ accipitrum pertinent prætermissa sint / hæc etiam addenda putamus: ut considerari imprimis debeat/auium naturam aduolandum esse dispositam. totꝗ diebus accipitres (qum pennas mutant)quiescere præter naturam esse: atꝗ ita ut uentri tan/tum studere accipitres uideant". Q ua ex re morbi quandoꝗ plures quibus non facile medetur qum exercitatione accipi/tres eo tempore careant)Ipsis eueniunt. Quo facile fit penna/rum exitus impediri. Nam si parcitate cibi laborabunt macrescere: Si uero nimio impleantur cibo/cruditatibus infestari satietateꝗ necesse est. Tenendum ergo temperamentum erit: ut & pulchrioribus solidioribusꝗ pennis uestiantur/ Et saniores accipitres reddi possint: ne maxime pinguiores adeo effecti sint/ ut uolare postea nequeant. Alternis igitur diebus/solidioribus quandoꝗ cibis/ quandoꝗ uero fluidis pascendi sunt. Q um uero Alarum pennas principaliores mutauerint: solidiores dandi sunt cibi/ offaꝗ uesperi: dum modo accipitris deinde guttur/ discerptis auium collis impleatur. Ipsorum tamẽ aliqui accipitꝛ pinguiores effecti/ nimioꝗ satiati cibo(adeoꝗ ut cibum respuant)ex paruulis columbulis(qui non omnino pennati sunt)Cibus accipitribus dandus est: Tum quia gu/stu cæteris auibus sunt meliores magisꝗ delectant: Tum etiã ꝙ quanto tenerior fluidiorꝗ Cibus est/ tanto ad concoctio/nem aptior reputatur.

DE ACCIPITRIBVS QVI SACRI APPELLANTVR DEQVE MILVORVM NATVRA.

Acri qui multorum opinione aliorum omnium uolacissimi sunt/aerini a quibusdam nuncupantur. Quidam autem aerefilos eos uocant quasi aerem amantes. Nam & ex pēnarum colore arguitur (ad ignis similitudinem pēnati qum sint) leuitatem eos demōstrare bilis enim colorem in pēnis præseferunt. Qua/e/re calidi cordis eos esse putamus. Irasciq; nimiū (si præda fraudari se aliquo modo senserint) magisq̄ alii solent. Quare acres potius dicendi sunt. Volare consuescunt bini terniue / qum aliorum generum accipitres ignobiles persequnt (ut milui sūt & cætera huiusmodi. Nam qum manibus sint paruis/hostisq; fortior ad uolatūq; persistens nimium/Alia/ut aliæ auxilio sit necesse est. Si maxime nigri capiendi sint/a/falconibus milui. Quorum quidem duo sunt genera/quos tempestate nostra regales alteros/alteros uero nigros/appellamus. Hi quidē robustiores sunt ita ut quāuis etiā ad terrā usq; capti & a sacris falconibus circūacti/per aera descendant/a/falconū tñ manibus qnq; euadunt. Qui qm̄ cauda utuntur in cœlo flexili/ (gubernandi artem monstrantes in profundo) relictis in terram falconibus (qui aeris densitate huiusmodi generis miluos amplius insequi minime possunt) in aera Iterum/soluti sacrorum ungui bus falconū/ad sidera tolli uidentur. Qua ex re indignari falcones dimissa præda Inter se se rixantes ac se se inuicē aduncis unguibus ferientes sæpius uidimus: adeoq; ut aucupandi animum reliquisse uideant. Q d ut fugere uenatores iniuriasq; sacri obliuisci possint/oī cura studendū a uenatoribus est/ut simul una sacri nutriant: simulq; sedeant ac quiescant: simul

(qũm a uenatore ad uescendu3 inuitantur Instrumento uolu bili auem aliquam quasi præseferente) resideant: ut cõmuni carnis pascuo nutriri sociatim possint. Hoc enim præcipue fie ri debet ne prædandi errore in uolatu se decipi (capiẽdo) que ant. Frigoribus autem uentoue aut himbribus magisq̃ cætera falconum genera resistunt. Quam ob rem nec mirum est Fer dinandum olim siciliæ regem/ huic uenationis generi magis deditum fuisse: tum quia & plurium generu3 auibus officere magis sacri uidentur/ tum etiã quia uentis ac himbribus pro/ hib. ri huiusmodi auium uenatio nullo modo poterat. Maxi milianum Cæsarem nuper audiuimus/e/suis quosdam in ex tremis sarmatum partibus (quos polonos nominamus) ex/ ploratu3 misisse: ut accipitres hos/e/propriis nidis ad se defer rent. Quos quidem in illis partibus nidificare in arboribus (quæ non procæræ sunt) inuenerunt. Quare non paruis ue/ sci accipitres hos auibus facile apparet. Qum considerandum propterea sit magnas capere aues solere. illosq̃/e/nidis addu/ ctos non uolantissimos adeo ut eiusdem generis cæteros expe riuntur. Credimus tamen ad grues capiendas animosiores ap tioresq̃ esse: qum longiori canum consuetudine fiat (qui au/ xilio accipitribus iis esse solent) ut maiores aues capere atq̃ unguibus detinere canis auxilio facilius possint. Venatoru3 q̃uis nonnulli sint qui existimant aliquas esse aues que pro/ pterea non In sublimi nidificant/eo q̃ omnium generum ca/ daueribus pasci solent. Inuenti enim aliquando sunt huiusmo di accipitres sacri/animaliũ cadaueribus quandoq̃ uesci. Quã ob rem uel q̃ magnis auibus/uel q̃d cadaueribus uescantur/ (qua propter non alte nidificent) aliorum Iuditio relinq̃mus:

DE ACCIPITRIBVS PEREGRINIS

Sunt etia3 peregrini accipitres. Quoq̃ duo sunt genera forma q̃uis eadem sit. Alterum enim est colore nigrius ut quasi gentilis ap

rectum dicitur qum ex actore/reo & Iudice constat/ita & non recte pcederet pugna quamuis & armis decerneret/Si de pugnantiũ dubiis aliquis nõ Iudicaret. Quare uidendũ est an prouocato Iudicis electio danda sit/qum haud dubie locũ & arma eum eligere censeat. Et qm̃ certum est leges iuraq3 rõnibus gubernari/Mihi quidẽ uidetur & iudicis electionẽ prouocato dãdam. Nequa forte cã prouocator eum Iudicem eligat/qui merito suspectus aut aliquo mõ alteri infensus esse possit. ob hãc etiam cãm armorũ electio prouocantibus deneganda: quod talia eligi armorũ genera possent/quæ ab altero ignorentur aut Comode tractari non ualeant. Solũ pugnandi tempus utriq3 comune est. Nam si sex mensum spatio prouocatus pugnã pduxerit/& quominus fieret/causas adinuenerit/ Poterit & prouocator sex alios mẽses pro arbitrio suo eam pducere; Quod si nec sic quidẽ terminari causa potuerit/tunc iudicis arbitrio remictendũ est/ut qñ ei uidebit terminari pugna possit. Neq3 enim mirũ alicui uideri debet si plura prouocato cõcedantur/prouocatus enim prouocatorem uel inuitum ad pugnam trahere põt. Et ut Federici secundi romanorũ imperatoris constitutione cautum est/Antiquarũ legum consilio/si quo corporis membro prouocatus ad pugnã destitutus mancusue sit/eodẽ & prouocator carere (nec ullo modo in ipsa pugna uti eo) debebit. Ac pedes si fuerit prouocatur/Eques uero qui prouocatus sit hic illũ pedestri certamine (ut secum decertet) compellere poterit adeo pocius qui indiscrimen rapitur q̃ qui rapit fauorabilior est/ut reo potiusq̃ actori iura succurrant.

QVALIS DEBEAT ESSE IVDEX.

Ictum est prouocati nõ prouocantis esse locũ arma & Iudicẽ eligere. Nã credendũ est si ad prouocantem spectaret Iudicis electio/non alium sibi Iudicem q̃ Amicum uel qui suæ potiusq̃ alterius causæ faueret (unde sæpius homines ad prouocationẽ ducerẽtur)

electum atq ita leges adnituntur, hominũ uitæ consulere/quæ id ꝓuocanti non tribuatur. Q uã ob rẽ is, a/ꝓuocato Iudex eligẽdus est qui refelli, a/ꝓuocante prorsus neq͂at:Et qui mili taris iuris piꝛitissimus habeat᷑. Sed qm̃ Ciuilis Iuris legibus mi litare ius nõ subiicit᷑(pcipit enim ut quæ tibi ꝓsint hostibus nocitura fieri conãdũ sit/debereq; optimos semꝑ milites id age re qđ hostibus officiat)Iccirco ꝓuocatũ decet(quo magis fie ri poterit)Iu licẽ eligere cui primũ cõfidere penitus possit. Nã si male elegerit, se ipsum decepisse sciat. Q uis aũt Iudex eligi debebit. Is ne qui absoluta an qui regulata uti queat potestate quũ duplex esse dicat᷑/Mihi quidem uidetur, si quispiã læsæ Maiestatis crimine accusatus sit/ad eũ spectare Iudiciũ/qui ꝑ uinciæ ꝑsit. frustra. n. (leges uolũt)pcib9 implorari qđ a iure ꝑmittit᷑/deq; criminibus recte Iudicãdo cognoscere possit. Si uero/a/militibus singulari sit certamine decertandũ/multorũ opinio est ad equitũ magistrũ exercitusue ducem/Iudiciũ atti nere. Sed qm̃ in ipso certamie plurimos euenire casus nõ igno ramus/Is pro Iudice princeps eligat᷑/cui dominii iure nõ serui at ꝓuocatus. De rege quãuis dubitãtio oĩs tollenda est & si cã regis esset ꝓpria:quum alteri Rex ipsius met nomine delegare cãm possit. Studendũ tñ Imprimis est/ne auaritiæ lucroue de ditũ is principẽ eligat/ Sed disciplinæ militaris pitissimũ/qui suo nõ aũt alieno Iure ũiu it/nec alii subiiciat᷑. Hic. n. poterit & locũ(si nõ tutus esse uidebit᷑)ide sua reddere tutiorem.

Q VOD NON OMNES PRINCIPES PVGNANDI FACVLTATEM DARE POSSVNT. ET Q VOD PRINCIPIS IÑ IVSSV MILES PVGNARE NON DEBEAT.

Eq; uero alicui regis filio etiã primo genito uicarioue Regio(si Rex absit)ꝑmissum est pugnandi potestatẽ cõcedere. Quum id mũ

nus ad libe℞ tantūmodo principem spectet. Quāq̄ nr̄a tēpestā temulti principum qui sui omnino Iuris non sunt/ & alienæ potestati parent/ contra facere & temere securum decertaturis Campum dare uideātur: Quum nec liberum principem dece at/ sine graui aliqua causa id ipsum permictere. Ne quis autem in publico etiam bello lacessitus licere sibi pugnare sine prin/cipis atq̧ Imperatoris auctoritate aduersus prouocantem exi/stimet/ multa romano℞ exēpla sunt. Sed ne longiores simus/ Duo hæc sufficere poterunt. Alterū enim est Quintii crispini Militis/ quem quū Badius Campanus iniuria lacesseret/ ut si uir esset congrederetur/ tantum cunctatus moratusq̧ est crispi nus/ dum Imperatorem cōsuleret. Ne proprio consilio cū pro uocante congredi uideretur. Alte℞ Titi manlii/ qui dū/a/ gal lo prouocaretur/ Dictatorem allocutus inquit: i iussu tuo Im perator extra ordinem nunq̄ pugnauerim/ nō si certam uicto/riam uideam. Si tu permittis/ ibo prouocatus ut ex ea me fami lia ortum ostendam quæ gallorum agmen ex tarpeia rupe de iecit. Q ua/e/re non permittente principe ad singularem pu/gnam deuenire quis non debet.

Quītii chri/spini & Ba/dii Campa/ni exemp. Titus mālius

DE IVDICIS ELECTI OFFICIO ET Q VOD IVSIVRANDVM AB EO DECERTATVRIS DAN DVM SIT.

Ebebit aūt princeps omni opera ac studio conari ne certamen fiat/ & ut sine discrimine controuersia tollatur. Sed si id efficere non poterit & decertandi potestatē dare coactus erit/ priusq̄ in harenam descendatur/ Debe/bit ab ambobus Iusiurandū exigere. Se non aliam ob cām pu gnaturos nisi ut ueritas illucescat/ nec ullo alio odio aut simul tate nisi sola honoris sui seruādi ac tuēdi gr̄a facere. quāq̄ non nulli Iusiurandum ipsum prouocanti non autem & prouoca to afferendum esse putauerint:

AN Q VISPIAM VIR NOBILIS CVM ALIQ VO PRINCIPE SIT COMMITTENDVS

Vlta in utramq; partē dici possent an digni/ tatis gradus seruandi sint/ Inter æquales,n. m singularis pugna pmitti solet/ uel enimue/ ro duplex dici dignitas pōt/ altera quidem ꝑpria absolutaue/ Altera in propria & regu lata/ Absoluta dignitas est/ qu3 quis ꝑprio officio fungit̃: ut si princeps duxue & huiusmodi homines li beri sint, Q uoꝝ interest & leges cōdere & quæ liberoꝝ homi nū sunt exercere, in ꝑpria uero & regulata dicit̃ qum quis di/ gnitatis tm̄ nomen/ a/ regibus sit assecutus, alii tamen subest cui parere penitus teneat̃. Dux igitur aut princeps quicunq; ꝑpriam dignitatem obtinens/ Si ab eo(qui alteri pareat) pro uocaretur cogi ad pugnam nequaq̄ pōt. Q um tanta dignita tis dissimilitudo existimari inter eos possit/ ut in certamine æq̄ litas nullo mō seruari queat. Dux aūt & Princeps qui regis im perio subiectus sit atq; i illis urbibus dominet̃ ubi supprema causaꝝ cognitio ad regem attineat/ non tantum ab eo qui po/ pulum aliquem sibi subditum habeat/ ueꝝ etiā/ a/ quo uis no/ bili antiquo/ cuius & auoꝝ & proauoꝝ dignitas seruata sit/ atq; ipse honestis moribus & uirtutibus polleat/(maxime si regi suo Carus contubernalisue fuerit) prouocari ad pugnam poterit. Nihil enim in homine nec nobilitate dignius/ nec uir tute præstantius esse potest; q̄ si pro honore statuq; suo seruā do Nobilis ille Ducem aut principem prouocauerit. Quam prouocationē si forte illi renuerint/ infamia notandos eos esse censebimus:

Q VI SINT II Q VI OB INFAMIAM/ A/ CERTAMINE REPELLANTVR:

d Iximus eos qui aliquo flagitio publico damnati sint militum fungi munere nequaq̄ posse/ & quā uis romanoꝝ legibus cōprobaretur/ quia tñ aper te patet Q uodcunq; delictum honores excludere: infamesq; oēs/ a/ principis cōspectu repellēdos eē(Qum corā pricipe cō/ mitti certamēdebeat) uidet̃ quoscūq; iure uel facto īfames/ a/

nobili uiro quocunq; refelli posse. Nam qui & uitæ & morũ turpitudine notantur, sicuti in ciuili Iudicio non admittunt, ita et a singulari certamine reiiciẽdi sunt: quod inter pares (ut diximus) & Coraz principe cõmitti solet. Quo circa fit ut qui contra Maiestatẽ etiam contra proprium dominũ Crimẽ admiserit: qui seditiosus tumultuariusue Miles contra rem publicam steterit, Exercitusue sui desertor ad hostes profugerit. Nam in proditorũ numero haberi furcaq; suspendi debet, qui Quæstuariæ mulieri inseruierit, eamq; pro sua custodiuerit: q cauponariã exercuerit: qui e militari sacramento discesserit: q capite damnatus fuerit: qui p explorator missus cũ hostibus remanserit: qui quæ suo in exercitu fierent, hostibus renũciauerit: qui in prælio dimicantem dñm deseruerit: qui mercenarius colonus uillicusq; fuerit: qui litis in foro uitandæ cã militiæ infraudem se dederit: Deniq; qui quodcunq; crimẽ (Quo capite is aut deportationis pœna puniendus esset) perpetrauerit: omnes refelli merito possunt. Prætermitto ea quæ põtificii iuris sunt. Quo iure singularis pugna nullo modo pmittit: si quis tamen hæreseos crimine accusaretur, armis decerni posse cõceditur, ne religionis infamia quis labefactari uideat. Hoc tñ uno concludendum est: infamem aliquem nullo modo ad pugnam eũ (qui sine labe sit) nobilem puocare posse. Qum per infamiam nobilitas prorsus omnis deperdatur. Arbitror tamen, qui semel prouocatus ad pugnam sit, refelli amplius, a prouocante nequaq̃ posse: qum perspicere debuerit anteq̃ puocasset, An ille qui prouocandus erat, infamia notaretur.

AN EIVS QVI PROVOCATVS EST NOMINE QVIS ALTER DECERTARE POSSIT: QVI SI FORTE HIC VICTVS FVERIT, AN ET IS QVI PRO QVO DECERTARIT VICTVS DICATVR.

P Arem diximus debere esse pugnantiũ cõditionem: Quia uero sæpius accidit (Quod supradiximus) ut potẽtiores/a/minus potẽtibus incertamẽ ire cogant (Quod pro suo decore illi detractare nullo modo ualeant) uidẽdũ erit si ab ignobili nobilis/a Pedite eques/& a/priuato priceps/ad pugnã trahat/an illoꝝ nomie surrogari alter possit. Atq; hic si uictus sit/an is qui alteꝝ subrogauerit/uictus existimari debeat. Nec dubiũ quin ab ignobiliore prouocatus/Alteꝝ qui suo nomine pugnet substituere possit. Nõ tamen si nobilior ipse ignobiliorem prouocarit: Nam, ut supradiximus/qui semel ꝓuocatus sit/refelli amplius/a/prouocante nõ potest. Quũ semp is qui alteꝝ prouocaturus est/anteq̃ prouocet/eius quem prouocare uelit cõditionem respicere debeat. Poterit autẽ unusquisq; ꝓuocatus alterũ sibi subrogare/Si quintum & uicesimũ annũ non attigerit/sexagesimumue excesserit. Quod alter impfecta/alter uero imbecilla nimis ætate laborare existimet: Si/a/seruo dñs i libertatem ꝓuocãte inuitaret. Si sacris quis itererit/si mulier adulterio/si seruus absens furti crimine accuset/si testes sibi ipsis cõtrarii sint. uidendũ igitur restat si forte hic qui alterius noie pugnauerit deuictus sit/An & ille alter cuius uice pugnatum sit/in ea causa pro qua certamen Cõmissum fuit/succubuisse dicatur: Ego sic existimo: qm̃ optimum is uicariũ elegisse potuit/& qui per alterũ facit/per se ipsum facere uidetur/si forte hic qui subrogatus sit uinci cõtigerit/etiam eũ qui subrogauerit uictum uideri.

SI QVIS CONTRA VALLVM STETISSE VISVS SIT AN PRO VICTO SIT HABENDVS ET DE NONNVLLIS ALIIS CASIBVS QVI INDVBIVM VENIRE SOLENT.

q Voniam aũt in omni singulari certamine uel pugnantiũ pacto/uel principis edicto Caueri solet/

ne quis extra uallum pugnet/Et qui sic pugnare uisus sit/pro uicto habeat̃:quæri solet/si alterius quidẽ caput/ Alterius uero manus uel pedes extra septũ ipsum dephendantur/utri potius uictoria tribuẽda sit:Haud enim dubiũ est quin si alter expulsus extra uallũ sit/pro uicto reputandus est.Igitur conuentiones ac pacta seruanda sunt:Et aduersus principũ edicta fieri nihil debet.Itaq; siquis edicto parere noluerit/secundũ eã pœnam quæ in ipso edicto cõtinetur puniendus est:Etenim uolũtati tñ/a/lege respicit̃ qum peccatũ uoluntariũ sit. Quare si quis hominem interfecerit(si casu eueniat)non capite puniẽdum interfectorem leges censuere.Si aũt pactũ conuentũ inter eos sit(qum libera sit hominũ uoluntas)pactum conuẽtũ seruari debebit.Quod si nulla pugnantis culpa eueniret(uerbi gratia)si datus ei equus sit pro bono/uitiosus ac freno inobediens/ut uallum transgredi necesse fuerit/atq; id oĩum iudicio comprobet̃/uictus pfecto dici eques non poterit.Quare ad pugnã iteꝝ reducendus est.si quidẽ & lege cauetur/si uentoꝝ impulsu nauis ad portũ dilata sit/Quo perueniẽdũ nauta nõ putauerit/portoriũ fisco solui nõ oportere.At uero si alterius uiribus factũ sit/ut/a/loci limitib9(ubi eos pugnare acciderit) alter expulsus sit/sine dubio hic q sic expulsus est (q̃uis statiꝫ perditũ locum recuperauerit atq; intra uallũ redierit)uictus intelliget̃.quamq̃ alii aliter senserint arbitratiq; sint:Si maioribꝰ uiribus ille protinus aduersariũ reiiciens intra uallũ resilierit/ uictum dici nullo mõ posse.Nã de genere uictoriæ uim appellari leges uolũt.Qum aũt caput cæteris membris tamq̃ ciuitati arx psideat/Si quomodo extra septũ alterius impulsu stetisse uisum fuerit(quũ nobilior pars corporis sit)totũ ipsum corpus ibi stetisse dicẽdũ est.Quare uictuꝫ dicemus:Accidere & pôt ensem de puocãtis manu subtractũ esse:nec tñ/a/puocato(q subtraxerat)uici eũ posse/(quũ tãta eius solertia fuerit: ac tam diu pugnæ laborẽ substinuerit:ut ante Nox ueniat certamenq; dirimat(Iure enim fit:ut pugnæ finis ipso diei spacio terminet̃:q̃ uel capi uel indeditionẽ uenire cogi potuerit)idu

bium uenire solet/utrum hic cuius de manu ensis subtractus fuerit/tamq̃ decertator armis tantũmodo spoliatus/ An tamq̃ prouocator qui uel uincere uel aduersarium ab se prouocatũm capere debuisset/uictus dici posse uideatur ? Equidem ego sic arbitror:si pactum cõuentum inter eos(assentiente principe) fuerit/cũm ipsam morte aut alterius confessione finiri oporte/re/ Prouocantem ipsum pro uicto declarandum.Contra uero si forte prouocator nec uincere nec aduersarium capere potue/rit/Sed tũmodo de eius manu gladium eripuerit(Quando/quidem hic futuræ uictoriæ signum est)uictoriam ei omni/no tribuendam esse censemus.Plurima uero eiusmodi euẽnire solent/quæ singillatim/a/me scribi nequeunt/ac potius ipsius Iudicis prudentiæ relinquenda sunt.Quare talis Iudex eligẽ/dus est/qui omnium euentuum prudentissimus sit/& singu/la oculis diligentissime intuendo notare possit. Q uum mul/to plures casus/q̃ leges reperiantur :

AN LICEAT INTER PVGNANDVM CAVSAM MVTARE SEMELQ VE VICTVM ALIQ VEM ALTERVM PROVOCARE.

SI quis autem ad pugnæ locum accesserit ac certando contempletur/iniustam se causam fouere/ dixeritq; ex noua causa aliaue obla/ta iniuria se pugnare uelle/ quæsitum est an id belli Iure fieri queat.Responderi quidem sic poterit.Si certamen/a/principe/ Incogni ta causa/nullo pacto permittendum est quinimo eum qui sic pugnauerit capite puniendum esse leges censent/quanto ma/gis si princeps pugnandi causam non audiuerit/pugna sequi non potest:Q uã ob rem in ipso certamine si pugnæ causam/ a/prouocatore mutari contigerit/ea afficiendus pœna esse ui/debitur ac si nunq̃/a/principe decertandi potestatem accepis/set/& sine illius auctoritate in Campum uenisset. Accidit autẽ in britania inter pugnandum prouocato aliam illatam/a/pro/uocatore esse iniuriã in cuius uerba proripiens ꝓuocatus (Nã

iniustam ille causam fouere uidebatur)factum est ut prouocatus cum ingenti gloria uictor euaserit. Sed mihi id non iure factum esse uidetur. Si quidem a prima pugnandi causa discedere non amplius liceret/postq̃ tunc qum debuerat ante ipsam pugnam causæ primum esse cedendũ non existimauit. Quæritur item: An is qui in aliquo singulari certamine uictus sit/ prouocare alterũ ad pugnam possit. Ego quidem sic arbitror (Quãdoquidem infamia notatus est. Et/e/militiæ gradu reiiciendus esse uidetur/quia contra Iusiurandum quod ante pugnam (ut supradiximus)/a/pricipe dari solet/fecisse uisus sit/ unde & periurus dici merito potest. Nam & ab ipso principe Quũ uictum eum esse declaratur iniustam cãm fouisse iudicatus est)nullo pacto ei cõcedendum esse ut alterum ad pugnã prouocare possit. Si tamen prouocatus ab alio ipse sit. Nõ dubium id quod superius de nobili atq; ignobili milite dictum est/quin ab ipso certamine reiici amplius nullo modo possit. Quum prouocatoris sit anteq̃ prouocet/eius quem prouocare uoluerit statum & conditionem diligenter inspicere.

AN IS QVI NON DVBIA LACESSITVS INIVRIA SIT POSSIT MERITO DECERTARE.

Venit sæpe numero ut qui uerborum contumelia lacessitus sit/eo ipse crimine q̃d ei obiectum est aperte laborare credatur. Videndum est nũquid is prouocare eum possit/a/quo eam contumeliam acceperit? Hic qum uariæ sint inter Ciuilis ac militaris Iurisconsultos opiniones ac sententiæ. Nam alteri nullo modo permittendam esse hanc pugnam asserunt. Q̃d iniquum sit de ea re quæ publice nota sit Armis negando decertare. Et qui

rem falsam aut iniustam tuetur, uictoriam adipisci nullo modo debeat Quum uictoria semper diuinitus procedere existimetur: Alteri uero contra permittendã esse prorsus asseuerant. Quod minime deceat propter contumeliam cuiq̃ dicere aut illud obiicere, Quod uel, a, natura uel fato datũ alicui sit, uerbi gratia. Si quis uel strabo natus sit, uel aliqua ægritudine laboret, uel alterum oculum amiserit, uel crus brachium aut aliquod aliud membrum infirmum habuerit. Nam & fortissimi Duces Pompei magni pater Agesilaus spartiates Philippus Macedo. Et Anibal Carthaginensis, cum magno decore id passi fuerunt: Non dubitabo & meam auctoritatem interponere. Arbitror enim (quum præsertim de militari disciplina scribamus) Militarem hanc sententiam potiorem esse: ut eo modo lacessitus prouocare conuitiatorem suum Ita deniq̃ possit, si dixerit non recte eum fecisse, Quod contumeliam dixerit, & abstinere maledicto non potuerit. Sic enim iustissimam causam fouere uidebitur. Quæsitum etiam est mulier quæ antea prostrarit, ac nunc demum matrimonio iuncta pudiceq̃ cum uiro uiuat, si meretrix appellata sit, an iuste defendi armis, a, uiro aliisue suis possit? Mihi quidem uidetur quoniam constat, meretricem dici non posse, quæ marito coppulata sit, quæ ue pudice uiuat posse &, a, uiro &, a, quocunq̃ alio recte defendi De iis enim quæ antea fuerunt, nec nunc sunt ratio habenda non est. Quare conuiciator ab eo qui conuitium tulit ad pugnam prouocari poterit, & eiusmodi certamen, a, principe denegari non debebit.

Agesilaus
Philippus
Anibal

FRATREM QVI FORTE PVGNANTI FRATRI ADVERSVS PRINCIPIS EDICTVM ALIQVO VERBO FAVERIT MINIME PVNIENDVM ESSE:

Vantus aut℮ mi frater fraternus Amor sit/ uel ex hoc intelligi pôt. Q uod in ipso singulari certamie anteq̃ iniri pugna cœpta sit pconis uoce palam edici solet. ne quis dum pugnat uerbũ ullũ signumue faciat. Et qui fecerit capitis pœna puniri. Et tñ sæpissime hoc uisum ℮ ut pugnãtis alicuius frater in medio ipso certamie sese continere nõ potuerit/ quin cõtra principis edictũ apte fratri suo fauerit/ suęq; salutis oblit9/ fraternã respexerit. Hoc igr̃ qum acciderit/ frater qui contra principis edictum fratri fauerit/ puniri nullo modo debet. Q uum naturali iure (Q uod potentissimũ est) id facere coactus sit. Tãta uero eius uis est/ ut uel mutos ipsos loquentes facere possit. Cræsi filium (ut scis) scribit heredotus ita mutum fuisse/ ut ne uocis quidem humanæ uestigium in eo apparuerit. Et tamen qum pater eius prælio uictus esset/ uideretq; hostem/ a/ tergo sequi & iam iam cum gladio instare/ metuens/ ne pater occideretur in hæc uerba proripuisse. Ah noli cræsum interficere. Qua ex re cognosci facile potest quãdam inesse uim naturæ/ ut aliter fieri non possit qum/ a/ natura ipsa inuiti etiam homines ad quædam facienda & ducantur & impellantur. Q uippe difficillimum est (si forsitan non impossibile) aliquo modo naturæ ipsi repugnare: Quemadmodum autem bina singulis corporibus membra artifex natura cõformauit/ oculos/ manus, bracchia/ pedes & huiusmodi/ ut alterum ab altero Iuuaretur totiq; corpori rectius meliusq; deseruirent: Ita plures etiam fratres gignere conata est/ ut alter alteri auxilio esse possit. Si quis autez aliena potiusq̃ sui fratris opera Iuuari se posse diceret / Dicet etiam si altero pede truncatus sit/ quum ligneum pedem addiderit/ multo quidem comodius ac melius se ligneo pede uti q̃ suo usus antea fuisset. Quam ob rem iure laudandam esse muliérculam illam censeo quæ frẽm potiusq̃ filiũ sibi incolumen depcata est: cũ filios habere alios multos/ frem uero nullũ aliũ sibi nasci posse uideret. Sicut. n. manus si prorsus incisæ sint/

Cõparatio

haud amplius consolidari poterunt/Ita etiã si deperditus frater fuerit/recuperari amplius nullo mõ potest. Et/ut Antiquissima repetant Pollux ipse Iouis filius præcipuos honores cõsecutus est/qd Immortalitatẽ suam cum Castore fratre partiri uoluerit. Et potius cũ fratre dimidiã q̃ solus integrã diuinitatẽ retinere cupiuerit. Quamquã igitur principũ edicto parẽdum omnino est/nec fieri põt quin dicto nõ parẽtes mulctãdi acrius sint/Attamen ea in fraternã illam pietatẽ clementia priceps ipse uti debebit/ut multũ de rigore ipso remissuз esse uideat. Ab ipsis siquidẽ legib9 tñ Naturæ tributũ est/ut nullo pacto licere cẽseant fratri fratrẽ aut filio patrẽ accusare/quin & si pater fugientẽ filium (qui capite puniri deberet) magistratui obtulerit/ne paterna pietas uiolari uideretur/mulctandum filiuз morte non æquum censuerunt.

VTRVM CONCEDENDA DECERTATIO SIT SI VERBIS PROPVLSATA CONTVMELIA VIDEATVR: ET QVIS PROVOCANS QVISVE PROVOCATVS SIT DICENDVS.

d Iximus in duobus tñ casibus per regiam legem permicti singulare certamẽ posse: Ligobardoꝝ tamen institutis aliorumue popu loꝝ moribus semp quodãmodo pmittit: ueꝝ tñ quo magis fieri poterit (cũ pugnãtiũ uita in medio posita sit) adnitũtur leges nisi Quũ aliter fieri non põt/pro decore seruando/pugnam nullo modo permicti debere. Quam ob rem si quis ab altero lacessiri iniuria uideatur/eo ꝙ fur proditorue appellatus sit/uel huiusmodi/illumq̨ mentiri respondeatur/honori penitus satisfecisse se sciat: nec decertando conandum ab ipso est alio iniuriam modo propulsare: Quin potius illius (cui sic responsum est) intererit/ne labefactetur iniuria/alterum ad

pugnam prouocare. Satis enim honori satisfecisse suo putan dus est/ qui tam simplici uerbo alterius iniuriā propulsauerit. Si maxime alterę mentitum esse coram quis respondebit. Naꝫ dici sæpius solet epistolā non erubescere. Cauendū tñ est ne/ qui hoc responso aliquē iniuria lacessiuerit/ uerboꝶ excessu al teꝶ lædat: Qum nō propulsare tm̄ ueꝶ etiam inferre iniuriaꝫ uideatur: unde fit ut inustissimam cām fouere is tandem exi/ stimet̄. Nonnulloꝶ aūt opinio est/ prouocatum dici illū de/ bere/ cui responsum est iniuriā alteri forasse illatā defensurū: uerbi gratia/ dico te mentiri si asseris eo nobilitatis genere de/ corari/ quo ipse decoror: Rursus respōdet alter/ hoc equidē mi nime a me assertum est/ at si dices me non æque ac te nobilem esse/ mentiri te aio: quæritur ergo istoꝶ quis prouocatus dici merito possit: Ego aūt ita censeo (qum negatiua oīs non om/ nino ꝓbetur) qui alteri iniuriā intulit (q̄uis etiam armis se ob tulerit defensurum) ꝓuocantem esse dicendū. Cum hoc sim/ plici defensioris uerbo censeri non debeat/ ipsius arbitrio re/ mittendum esse/ ꝓuocati officiū usurpare. (Nam armoꝶ ele/ ctio ad prouocatū spectat) Eteniꝫ (ut scripsimꝰ) Aristoteles ait/ Nō illum incipere qui tale quid facit ira/ sed eum qui ꝓuoca/ uit ad irā/ cum maxime uerbis inconuenientibus usus esse ui deatur si aūt res aliqñ indubiū adeo ueniret/ ut nullo mō quis ꝓuocans ne sit prouocatusue discerni posset/ ulpiani Iuriscon sulti præstantissimi opinio est/ si ad Iudicium de hac re ambo prouocant/ sorte discerni rem debere.

AN EI QVI VICTVS AVT CAPTIVVS FACTVS SIT TVRPIA ATQVE INHONESTA PRAECIPI A VICTORE SVO DOMINO POSSINT.

Vperius dictum est nec uictorem Impera/ torem uictoria efferri/ nec uictum aio fran/ gi oportere. Alteꝶ enim supbiæ Impruden tiæq;/ Alteꝶ uilitati timiditatiq; tribuenduꝫ est. Quam ob rem scribenduꝫ esse arbitror/

an uictor omnia quæ ex animo sententiaq; sua imperare uicto ꝓposuerit/uel belli Iure uel uictoriæ cã/facere debeat: Quų; sint multi qui ita existimẽt/licere iis qui uicerint oia crudelitatis genera in uictos exercere.quod captiuoꝝ conditio eadẽ sit ac seruoꝝ:qui nec hoĩum quidem numero habeantur.Et quicquid a dño iis iniunctum preceptumq; sit/facere cogant.Q d quidem ut forsitan Iustum/ita & inmanissimũ esse censemus. Nam scælestissima quæq; & homine indigna/a/uictoribus ꝓcipienda nullo modo sunt:nec efferari adeo uictoris animus debet ut sibi licere existimet id quod nec principibus quidem ipsis facere permissum est.Senecæ quidem sententia est non ita etiam in seruos esse aĩaduertendum ut nos obliti homines esse uideamur/illosq; non eodẽ frui coelo:æquæ uiuere/æquæ mori & ex eisdem seminibus ortos esse putemus. Victis igitur/a/uictoribus id debere præcipi existimamus / quod honestum sit:& quod necessario Hic imperare cum dignitate/Alter uero exequi uideatur.Ita ut præcipiẽdi asperitas/omnino coerceat. Quare obsequendũ potiusq; seruiẽdũ/a/uicto esse arbitramur. Non enim uictus nobilis/a / uictore dño compelli potest ut agrum colat feratq;/ut terraꝫ fodiat/ut pecora custodiat/ut seruile opus(quod ei dedecori esse possit)faciat.Et si non fecerit fustibus facere compellatur.Q ui mos barbarissimoꝝ hominum est &/a/nr̃is moribus abhorret.Porro multis patet legibus nefas esse homini hominẽ insidiari. Et quãuis antiquoꝝ temporibus necis etiam potestas in seruos/a/dñis haberet/cũ iure gẽtiũ id permissum esset/nr̃oꝝ tñ Imperatoꝝ decreto cautum est/nec crudeliter in eos aĩaduertendũ/nec ad impudicitiã compellẽdos esse.Etenim cognationẽ quãdã inter nos natura constituit/ut uictores(si ꝓgredi seuerius inuictos censuerint) omni penitus laude carere existimentur.Q uibus ex causis intelligendum est/si nobilis aliusue quis miles/aut etiam maiori præditus dignitate princeps ab aliquo uinceretur/eadeꝫ in eos uti auctoritate uictorem posse/qua in subditos suos uti dños permissum est.Nam sicuti ad præstãda dñis obsequia iuris/

Seneca

Compa.

iurandi fide subditi adacti sunt/Ita etiam post adeptam uicto/ riam eodem iure compelli uictus/a/uictore potest. Neq enim is qui in singulari pugna uictus est/serui loco reputandus est/qum ad turpia inhonestaq compelli non possit. Vt ad hostes una profugiat/ut proditioni faueat/& eiusmodi: Quam ob rem & naturali & militari iure (Quãuis uariæ multoru sen tentiæ sint) ita decernendum esse arbitror ut ab ipso uictore ad uersus hostem suũ(si uictus hoc est moribundus in harena relictus sit) minime seuiatur/asperioribusq uerbis Insultetur. Si uero eum mori nõ contingerit(hoc est) si captiuus tm̃mo/ do factus est:ne mimia/etiam aduersus hũc/Insolentia uictor utat̃. Magni quippe animi est/eiusq qui præter honorẽ cũcta despicit &/a/maledictis conuitiisq oĩbus abstinere/& deuictis se seq dedentibus parcere. Qum nihil homine indignius sit q̃ post uictoriam adeptam/post obductam cicatricem uulnera refricare. Nihilq dignius q̃ clementia uti. Quare appositissi/ me/a Claudiano dictum est;Nam qum uincamur in oĩ mu/ nere sola deos equat clementia nobis. Nicocreon (ut scis) quẽ Plutarchus inde uirtute morali opusculo cõmemorat/tuq il/ lud/e/græco latinum facis/q̃uis in philemonem iratus lacessi/ tusq ferreis Cathenis uirgisq cœsũ philemonem detinuisset/ lictori præcepit ut remoto gladio(quẽ illius ceruici apposue/ rat) incolumẽ philemonẽ seruaret/ut uicisse tm̃ uelle nõ ho/ stis eũ crassari sanguine omnes existimarent. Illud tñ dubium nõ est/si uictus discedendi ueniã/a/uictore acceperit/ fidemq præstiterit se(cum ille uolet)reuersurum/quin quotiens reuo/ cabitur/reuerti ad eum debeat:nisi tunc qum uictor/uel pro/ ditionis/uel læsæ Maiestatis crimine reus factus esset. Ea enim est illoru criminum infamia ut statim eos qui notati sunt/om ni penitus proprio iure priuet. Si eodẽ tẽpore uictum/a/dño suo uocari contingat quo ab absente uictore reuocaretur/do/ mino potiusq̃ uictori parẽdũ esse leges cẽsuere.ppea q Regi dñoq suo priusq̃ alteri Iureiurãdo teneret̃.(quod & liberoru nomine p̃stari dñis solet)quare adactum esse uictũ certo est.

Claudianus

Nicocreõtis exemplum.

Itaq; si dñs eius (qui captiuus factus est) opera se uti uelle di/cat/ præcipiatq; ne ad uictoris arbitriu; reuertatᷓ/excusari præ cepto dñi/uictus poterit. Si tñ eum dñs pugnare permiserit/ quũ pugna uictus est/ nullus accedendi ad requirentem uicto rem excusationis locus relinquitur. Iuri etenim suo/ cessisse do/minus dici potest.

SI QVIS EX PVGNATVRIS AD CONSTITVTVM PVGNAE LOCVM NON VENERIT/ QVID SIT DECERNENDVM:

I quis ad constitutũ pugnæ locu; die dicta nõ accesserit/ quia uel morbo correptus/ uel tempestatibus interclusus fluminibusq; de/ cẽptus/ uel/a/domino/magistratuue aliquo prohibitus uenire non potuit/ Dubitare so lent nõnulli/ an eiusmodi excusatio admit/tenda sit: Mihi quidem uidetur quia uis omnis/ omnis fortui tus casus fatiq; necessitas sub certam ratiõẽ cadere/ & legibus humãis subiici nõ possunt/ talem excusationem oĩno admittẽ dam esse. Si aũt anteq̃ decertetur alter morte præuentus fuerit/ discerniq; nequeat prouocãtis ne an prouocati iustior pugnã di causa fuerit: Puto inspici oportere mortis genus: Ac si imĩ/nente morbo uita cessisse uidebitur: Iudicandum id casu eue/nisse: Quum uitam nr̃am mille casibus quotidie subiectã esse uideamus. At uero si nullo iminente morbo prope modũ in ipso pugnæ termino alter moriatur/ uel timiditatis indicium præmortuus erit/ uel dei Iudicio declaratã esse pugnã censebi mus. Quippe qum sciamus aliquot in Iapigia uiros solo bar/barorũ aspectu exanimatos concidisse. Quã ob rem si timidita te aliq̃ deiue optimi Iudicio (quo pugnãdi cã declarari solet) alter decessisse uidebitur/ erit eius qui ad pugnam remanserit protestari/ non sui culpa accidisse q̃ Iustiorem suam cãm di/micando probare non potuerit. Quũ dei Iudicio mortẽ alteri euenisse constiterit. Tali etiã cautione apud principem uti po/terit & is qui ad pugnæ locum accesserit/ Neq; hostem suum

aliqua Iustiore causa impeditum adinuenerit: ne sibi ullo modo deficere uideatur.

FIDEM DATAM NVLLO PACTO VIOLANDAM ESSE:

Idem semel datam nullo pacto uiolandam esse omnes iam homines nouerunt/ idq; ita esse/ etiam antiquissimorum nostroꝝ exempla testantur/ mortem enim potius oppetendam esse duxerunt q̃ fide data deficere aliquo pacto uiderentur. Saguntinoꝝ quidē (ut alia prætermittam) memorandū facinus declarauit quantū sit fidei tribuendum: qui ne datam romanis fidem uiolasse uiderentur/ cum orator eis ab Anibale missus esset/ ut de dedenda Carthaginensibus Ciuitate cū ipsis ageret/ argento auroq; omni in unum locū collato/ in ignem potius ad id celerrime factum se ipsos conicere q̃ a romanoꝝ fide deficere maluerūt.

Sagundni

M.Regul9

Marcū regulum crudele expectatumq; suppliciū non detinuit/ quum carthaginem rediret ne promissa fides uiolaretur/ cū nullum (ut Cicero ait) uinculum Iureiurando sit antiquius. Romanoꝝ miles quidam (qui ad Anibalem redire Iureiurando promiserat) cum egressus castris mox ad Castra per occasionem rei relictæ reuerteretur atq; ob id religione se exolutuȝ crederet Romæ remanere conabatur: id uero cum Senatui relatum esset compræhendendum & Custodibus publice datis ad Anibalem deducendum omnes censuerunt. Tanta apud eos fidei obseruatio/ tantum Iuriiurando tribui debere existimabant. Quam ob rem poterit etiam militari iure decerni/ Si quis in singulari certamine alterius captiuus factus sit/ & a uictore suo ea fide cōmeatum acceperit/ ut qñcūq; accersitus fuerit/ rediret/ ad oē uictoris arbitrium reuerti oportere necesse est. Videndū nunc restat si forte nobilis tm̄modo/ priuatusq; miles (dū Captiuus sic abest) in aliquē publicū magistratum creatus aut princeps effectus fuerit/ an redire ad suū uictorē cōpelli possit: Pleriq; Iuris cōsultoꝝ arbitrati sunt nō posse/ p̄sertim

si exceptio illa facta non fuerit/Nisi ad uictorem accessus pro hibebitur. Ego tñ sic arbitror(quū captiuo principi graue aliqd in corpus seruitiū iniungi)ut supradictum est/non debeat/ Pecunia redimi oportere: Illam aūt pecuniam/si forte anteq̄ soluta sit uictorem ipsum(cui debeatur)perire contingerit/ eius ipsius filio persoluendā esse Iudicamus. Nam sicut patris infamia si uictus est ita & gloria si uictor euasit ad filium peruenire debebit/ & ut patris uictoria filius gaudere/sic & infamia dolere consuescit.

QVI CAPTIVVS SEMEL DONO DATVS ALICVI SIT EVM AMPLIVS REPETI NON POSSE:

Solent sæpenumero uictores. uictum in singulari certamine suū hostē principi donare/ & tñ pro captiuo illū reputare/quod quidē iniquissimum uidetur. Neq;.n.quod tui iuris amplius non sit repetere potes. Quod semel aūt donatuʒ sit repetendum non esse credimus. Multa possent exempla esse. Sed unū illud narrabimus quod intrans padana regione nuper euenit. Victor quendam a se uictum captiuū dono Ferrariensiū Duci dederat/ & cū pecunia se iuuari a uicto peteret, negāte altero se quicq̄ illi debere/ illeq; etiam atq; etiam instaret: Tandē insidiis a uicto circumuectus ferro necatus est. Quam ob rem facile iudicari potest/ quod iniuste petitur/ si nō alio modo aliquo tñ euentu declarari: Videndum ēt est an si is qui dono illū accepit pro redemptione pæcuniā ab eo(qui dono datus est)petere possit: cum in uictoris locū successisse uideatur/ respondendum arbitror/ pecuniā ab eo peti nullo modo debere/ Quū semel gratis dono datus fuerit. Hominum autem mercaturas fieri leges q̄ maxime uetant. Neq; enim homo hominem uēdere potest/ seruos uero ipsos hominum numero habendos esse non placuit/ atq; ita tamq̄ belluæ uenundari possunt. Exemplum.

SI CONCVRRENTES EQVITES VNO EODEMQVE ICTV MVTVO EX EQVIS AMBO DEIECTI SINT, VTER EORVM IVDICANDVS SIT VICTOR

Olet aũt hoc sæpius euenire ut ex hastarum incursu mutuis ictibus in terrã ambo deiiciantur. Vnde maxima quæstio oriri solet uter ex iis uictor Iudicandus sit prouocãs ne (qui alteꝝ uincere obtulerat) an prouocatus. Equidem ita censeo ciuile nos Iudiciuꝫ sequi debere. Quemadmodum enim in Ciuilibus causis nõ probante causam suam actore, Reus absoluitur, quin & ipse actor qui male rem attentauit damnatur. Sic & prouocãs qui non modo non obtinuit, uerum etiam dubiam uictoriam reliquerit, pro uicto reputandus erit. Etenim reum non probante actore absoluendum fore leges uolunt. In dubiisq; actorẽ esse damnandum: Nisi simplex pugnæ prouocatio facta sit, his uerbis, est nõ est, tunc enim redintegrandam esse pugnã censemus. Sed quũ in omni re finis q̃ maxime considerandus sit. Præcipue aũt in ipso ꝓlio in quo sæpissime propius fuere piculo qui uicerũt, Non debebit Iudex ante certamen ipsum dirimere q̃ decertandi finis factus sit. Sæpius enim hoc euenisse uidimus, ut quos uictos Iam esse crederes, uictores tandẽ euaserint. Tã multi sunt militaris ac bellicæ fortunæ casus: quos omnes si enumerare uelim longissimum esset. Illud autẽ iteruꝫ iterũq; monebo: talem ab ipsis pugnantibus Iudicẽ eligi oportere, qui sine ullo animoꝝ affectu in alterutram partem, Sed Bellica tm̃modo disciplia atq; ipsa magistra reꝝ experiẽtia euẽtus omnes decernere ualeat, cum ea ĩ prælio euenire sæpius soleant, ut quos uicisse crederes ut dictum est uictos tandẽ euentu aliquo euasisse cõpertum sit. Nam in pugna nihil tam leue est qđ non magnæ interdum rei momentũ facere possit. Quapp ne amplius circa ea quæ fortunæ casibus subiiciuntur, immorari uideamur, Diximus conandum esse talem debere prin

Exemplum A ciuili iuř

cipem & Iudicem a pugnatoribus digi/ qui sine affectu aliquo euentus rerum decernere bellicæ artis disciplina experientiaq; ac magña rerum prudentia possit:

Satis igitur de re militari dictum/a/nobis sit/quãdo quidem Multa præclarissimoꝝ hominum ingenia/multos disciplinæ militaris peritissimos uiros de hac eadem re scripturos fore arbitramur. Quibus ne scribendi materiam/præripuisse uideamur/hactenus/a/me de his scriptũ esse censui:cũ præsertim infiniti euenire casus possint qui peritoꝝ poterunt Iudicio declarari. Ego.n.ne prorsus torpesceret ingeniũ exercitationis uolui grã hæc paucula lr̃is demãdare. Poterũt ãt cœteri & ingenio & bellicæ artis disciplina pstantes uiri/quod ipsis addendũ uidebit͛ artificiosius addere. Quare fiet ut & illi maiorẽ ingẽii laudẽ cõsequant͛/& nos a nr̃a nr̃orũq; maioꝝ disciplina discessisse minime uideamur.

F I N I S L A V S D E O

Errores Impressoris.

In Lib. de re Milic.
Latere cum equitibus pro/a/ latere cum equitibus. f.4.
funt ipsius pro sui ipsius. f.6
docere non potest pro docere nos potest. f.8.
iudiceretur pro indicere/tur. f.9.
prouocatur pro prouoca/tor f.io.

AD ILLVSTREM BELISARIVM AQVIVIVVM NERITINORVM DVCEM ANTONIVS GALATHEVS.

Ne ſis expers meorum ſcriptorum Illuſtris uir ſæpe in libellis meis appellaberis. Quoniam ſemper ſolitus es meas eſſe aliquid putare nugas/ in præſentia nihil occurrit: niſi ut ſententiam meam de armorum litterarumq; & de contemplatiuæ & actiuæ uitæ dignitate quam prancatio noſtro olim ſcripſeram tibi quoq; impartiar: tu qui & arma & litteras nouiſti poteris melius aut laudare aut refellere ſententiam ut qui utriuſq; peritiam habes egregiam. Eum optimum iudicem putauit Ariſtoteles qui earum rerum de quibus iudicium ferre uoluerit cognitionem habet. Eam ob rem exiſtimo humanis in rebus tam uarias eſſe opiniones atq; ſententias q aut nemo aut pauci admodum id de quo iudicant ſatis cognoſcit. Quod ſi huic malo accedat/ut quæ quis neſciat ſe ſcire ptinaciſſime putet/tunc & peſtilentiſſima ſpecies ignorantiæ oritur/quæ totum feri orbē peruertit. Duplex ab Ariſtotele ponitur Ignorantia negationis altera dicitur/quæ non adeo praua eſt/altera malæ diſpoſitionis. Hæc eſt de qua nunc loquor. Hæc nos deteriores/hæc indociles & proteruos facit/hæc peritiores contemnere/hæc noſtra laudare/aliena deſpicere. Secus tu uir Illuſtris & integer/& optimo atq; humaniſſimo ingenio prædite/utrãq; enim rem de qua eſt queſtio ſatis cognoſcis. Litterarum enim ab ineunte etate ſtudioſiſſimus & amantiſſimus ſemper fuiſti: atq; eos qui in aliqua doctrina præſtare tibi uiſi ſunt/maximo ſemper honore proſecutus es. In re bellica quantum ualeas/omnes nouerunt in bello Gallico uirum fortem ſemper egiſti: Ferdinandum regem extrema per omnia ut ait poeta cõſequtus es: Vnde inter regni proceres magnam gloriam es adeptus. Qua propter Ferdinando mortuo. Federicus Rex te ob ingentia merita tua pulcherrimæ & celeberrimæ urbis Neriti titulo decorauit. In bello Veneto apud ſalentinos pene puer ſub fratre tuo (qui ætate noſtra & armorum & litterarum gloria pollet) militaſti: atq; ita te geſſiſti ut facile omnes cognoſcerent te/nihil degeneraſſe a paterna atq; auita uirtute. Pater enim tuus Iulius Dux fortis & ſtrenuus & tam Italis q̃ Barbaris notiſſimus/omnes ætatis ſuæ duces armorum gloria ſuperauit glorioſamq; uitam honeſtiſſima morte inſigniuit. Quãdo a tot turcarum milibus circumſeptus/pro chriſto proq; ſuo rege non procul ab Idrunto fortiſſime dimicans ceſus eſt. Quamob rẽ magnanimus ille heros corporis & animi uiribus inſignis chriſti martir/& fratri tuo animæ meæ domino & tibi totiq; familiæ ueſtræ tam pulcherrimi facti perpetuam memoriam omni auro omnibuſq; gẽmis pretioſiorem hereditatem reliquit. Tranſeo tuorum Laudes inclitas. Neq; enim hac de re nunc agitur: hoc tantum ex his quæ dixi uelim intelligas/q ſicut nihil lucri ita nihil damni ex lata

mea ſententia reportabis. Nam ex illa nec uictor nec uictus eris/ſi alteru tra pars uicerit necceſſe eſt/ut in altera ſuccumbas ut qui utriuſq; ſimul es particeps. Et quoniam antiſtrephon ſeu reciprocum eſt hoc argumentationis genus/Cōcludendum ut libet/aut uictor ſimul aut uictus eris/aut neq; uictus neq; uictor/aut partim uictor partim uictus. Securus igitur lege & lauda ſententiam/nec refelle. Noui ingenium tuum quoniam paruo labore ſi uelis potes refellere: Nam nihil eſt tam difficile quin dicendo fiat probabile/& nonnulla/ut Ait Ariſtoteles/falſa ſunt probabiliora ueris/p̄cipue cum inter preclaras res ſit controuerſia & multitudinem pro Iudice habemus. Cui ſæpe diuini poetæ (ut ait Plato) ſapiētiæ duces/nec non & rethores populares ſapientes plerumq; ſeruiunt. Vale fœlix.

BELLISARIVS AQVIVIVVS NERITINORVM DVX GALATHEO SVO. S.

Q đ in libellis tuis me sæpius appellare ꝓmiseris/facies pro consuetudi
ne tua pro instituto/ꝑ tua I me bñuolētia: Memor Cicetoniani illi⁹ ami/
citiā propinquitati semꝑ esse præferendā. Nam ex propinquitate beniuo
lentia tolli/ex amicitia āt nullo modo potest. Q đ uero scribis paruo la/
bore(si uelim ex ingenii mei acumine de armoꝝ lfarūue ꝑstantia sn̄tiam
tuā refelli posse/eamqꝫ petis a me laudari/facerē ni satis mihi ꝑiudicasse
uideter. Cū tanta sit auctoritas tua tantus uerboꝝ ornatus ac in scribēdo
sn̄tiaꝝ grauitas/ut cōtradicere Galatheo nō facile quispiā possit. Ne tn̄ a
nr̄a nostrorūqꝫ professione aberrare uideamur/(Ignoscas rogo si tibi ali/
quo modo morē non gesserim)arma litteris ꝑponēda esse censemus. Hoc
enim uno præcipue argumēto coniectari pōt/tanto præstantiorē armoꝝ
dignitatem esse habendā/quāto maiori dignos laude (qui animi simul
& corporis uiribus præstāt q̄ eos qui tm̄ animo seruiūt)existimamus. Cē
suit Aristoteles circa difficilius & artem & uirtutem fieri. Sed ne lfaꝝ neqꝫ
armoꝝ dignitati detrahamus/eum qui & arma & lfas pariter amplexatur
maiori dignū laude iudicamus. Et enim accedere aliqñ potest ut uel mor
boꝝ euentu senione uel aliis animi ꝑturbationibus arma tractari nō pos
sint. Quare ad lfas recurrendum esse quis neget? Quādo præsertim & ad
animi oblectationem ornamentumqꝫ præcipue lfas plurimi facere uidea
mus. Pro regendis enim Ciuitatibus rebusqꝫ publicis adeo magnifacien/
das essē Plato censuit/ut beatas fore respublicas si reges filosophiæ uaca
rent uel philosophi regnarent sit arbitratus. Sic etiam de actiuæ & contē
platiuæ uitæ dignitate dicendum est. Exemplo tui uir optime qui utrāqꝫ
simul exerces. Q ñ quidem eæ sunt in exercenda medicina actiones tuæ/
ad hominū salutem/ad morbos/a corporibus hominū remouēdos/ut fa
cile iudicari possit ex hoc non parū te laudis in dies esse assecutū. In cō/
templatione aūt lfaꝝ quis sis/scripta penitus tua ostendunt. Sēper enim
Aristotelis tui memor(qui ex altera diis similes nos effici censuit: Alterā
uero qua Societas hominū coniunctioqꝫ seruatur plurimum Cōferre hu/
mano generi arbitratur)utrāqꝫ amplexaris. Quo fit ut nō utriusqꝫ modo
participem te ueꝝ ēt in utraqꝫ præstantē Iudicemus. Optimum esse atqꝫ
unicuiqꝫ iucundissimum Aristoteles putat qđ a mente proficiscitur/esseqꝫ
actiuam uitam tamq̄ utilem & necessariam omni iure ab omnibus laudā
dam. Quibus ex causis ab unoquoqꝫ adnitendum est & arma & litteras
amplecti & uenerari ut in altero quis deficere nullo modo uideatur.

Impressum Neapoli in Bibliotheca Ioan. Pasquet. de Sallo Anno dñi. M. D. XIX. primo Augusti.



